tratꝰ·vt venirem ad te·ſz dic verbo ·ꝛ ſanabit̄ puer meꝰ . Si
enim hoc ita geſtum ē quomodo erit verū qꝫ matheꝰ narrat
acceſſit ad eū q̄dam centurio· cū ipſe nō acceſſerit·ſed amicos
miſerit ꝑ diligenter aduertentes intelligamꝰ·matheum non
omnimodo deſeruiſſe vſitatum morem loquendi ·nō ſolū enī
dicere ſolemus acceſſiſſe aliquid etiam añq̄m peruenīat illuc
quod dicitur acceſſiſſe·vnde etiam dicimꝰ parum acceſſit vl
multum acceſſit·eo q; appetit peruenire ·verum etiam ipſam
peruentionē(cuius adipiſcēdi cauſa accedit̄) dicimꝰ plerūq;
cum per amicum ꝓuenit ad aliquē·cuiꝰ ei fauor ē neceſſariꝰ ·
factam·ꝛ ſi eum ad quem peruenit non videat ille qui ꝓuenit

cum per amicū ꝓuenit ad aliquem·cuiꝰ ei fauor eſt neceſſariꝰ·
quod ita tenuit conſuetudo vt iam etiaꝫ vulgo peruētores ap=
pellent̄ ·qui potentiū quorūlibꝫ tanq̄m inacceſsibiles animos
per conuenientiū perſonaꝫ ꝯpoſitionē ambitionis arte per=
tingūt·Si ꝯ ipſa peruētio vſitate dicit̄ ꝑ alios fieri·quātoma=
gis acceſſꝰ per alios fieri poteſt·q̄ plerūq; infra peruentionē
remanet ·quādo poterit q̄ſq; plurimū quidē accedere·ſꝫ tn̄ nō
potuerit peruenire ·nō ꝯ abſurde matheꝰ etiā(qđ vulgo poſ
ſit intelligi)ꝑ alios facto acceſſu centurionis ad dominum
compendio dicere voluit·acceſſit ad eū centurio·verūtamē nō
negligēt̄ intuenda eſt etiaꝫ ſancti euāgeliſte altitudo miſtice
locutionis ·ſecundū quam ſcriptum ē in pſalmo ·accedite ad
eū & illuminamini·proiñ q̄ fidem centurionis(qua vere ac
cedit̄ ad ihm)ita ipe laudauit vt dicet̄ nō inueni tantā fideꝫ
in iſrahel·ipſum pocius acceſſiſſe ad criſtū dicere voluit pru=
dens euāgeliſta qm̄ illos ꝑ quos verba ſua miſerat·porro aūt
lucas ideo totū (quēadmodū geſtū eſſet) apperuit vt ex hoc
intelligere cogeremur quēadmodū eum acceſſiſſe dixerit aliꝰ
qui mentiri non potuit·ſic enim & illa mulier que·fluxū ſan=
guinis patiebatur qm̄uis fimbriam veſtimenti eius tenuerit
magis tamen tetigit dominum q̄m ille turbe a quibus pre=
mebatur · vt enim hec quo magis credidit eo magis tetigit
dominum · ita & centurio quo magis credidit· eo magis ac=
ceſſit ad dominum Iam cetera in hoc capitulo que alter dicit
& alter pretermittit ſuperfluo pertractantur · cum ex illa
regula ꝑmitꝰ emendata·nihil inueniātur habere contrarium

Sequitur matheus & dicit· & cum veniſſet ihesus in
domum petri vidit ſocrum eius iacentē ꝫ febricitātē
& tetigit manum eius·ꝫ dimiſit eam febris·& ſur=
rexit & miniſtrabat eis.Hoc quando factum ſit ·ide ſt poſt
quid vel ante quid · non expreſſit matheus ·non enim poſt
quod narratur·poſt hoc etiam factum·neceſſe ē intelligatur·
nimirum tamen iſte recoluiſſe intelligitur quod prius omiſe
rat·nam id marcus narrat anteq̄m illud de leproſo munda=
to commemoret·quod poſt ſermonem in monte habitum (ꝺ
quo ipe tacuit)videt̄ interpoſuiſſe ·Itaq; ꝫ lucas poſt hoc fa=
ctum narrat de ſocru petri·ꝑꝰ quod ꝫ marcꝰ ante ſermonem

etiaꝫ ipſe quem prolixum interpoſuit ·qui poteſt idem videri
quem dicit habitū ī monte matheus. Quid aūt int'eſt q'ſ quo
loco ponat ·ſiue quod ex ordine inſerit ſiue quod omiſſum re-
colit·ſiue qđ p9ea factum añ preocupat ·dū tñ non aduerſen-
tur eadem vl' alia narranti nec ſibi nec alteri ·q'a enim nullı9
in poteſtate ē· q̄muis optime fidelit'q3 res cognitas quo q'ſq3
ordine recordetur·quid enim prius poſteriuſve homini veni-
at in mentē·non eſt vt volū9·ſed vt dat·probabile eſt q3 vn9
q'ſq3 euangeliſta4·eo ſe ordine credidit narrare debuiſſe quo
voluiſſet de9 ea ipa q̄ narrabat ei9 recordationi ſuggerere in
eis dumtaxat reb9 q̄4 ordo ſiue ille ſiue ille ſit·nichil minuit
auctoritati veritatiq3 euangelice·quia aūt ſp̄s ſāct9 diuidens
ppria vnicuiq3 prout vult ·& ideo mētes q3 ſancto4 propter
libros intanto auctoritati culmīe collocādos in recolendoq3
ſcribens ſine dubio gubernans & regens·alium ſic alium vero
ſic ordinare narrationem ſuam premiſerit ·quiſquis pia dili-
gentia queſiuerit diuinit9 adiutus poterit iuenire. Hoc tñ nō
eſt huius operis munus qđ nūc ſuſcepim9 tm̄·vt demonſtre-
mus euāgeliſtas neqꝫ ſibi neqꝫ interſe repugnare ·quolibꝫ or-
dine vl' eaſdem res ·vl' alias facto4 dicto4q3 criſti vn9 q'ſqꝫ
eo4 potuerit volueritve narrare. Quapropt' vbi ordo tempo-
rum non apparet nichil noſtra intereſſe debet quem narran-
di ordinem quilibꝫ eo4 tenuerit. Vbi aūt apparet ſi q̄d mo-
uerit·q3 ſibi aut alteri repugnare videatur·vtiqꝫ conſiderandū
& enodandum eſt.

Sequitur ergo matheus dicens. Veſpe aūt fcto obtule
runt ei multos demonia habētes·& eiciebat ſpiritus
verbo·ꝫ omnes malehabentes curauit·vt adimpleat
qđ dictum eſt per iſaiam prophetam dicentem. Ipſe infirmi-
tates noſtras accepit & egrotationes portauit·hoc ad eiuſdē
diei tempus pertinere ſatis indicat cū coniungit·veſpere aūt
facto. Sic & marcus cum de ipſa ſocru petri ſanata dixiſſet·ꝫ
miniſtrabat eis hoc idem ſubiecit ·veſpere autem facto cum
occidiſſet ſol offerebant ad eum omnes male habentes ·&
demoia habētes ꝫ erat oīs ciuitas ogregata ad ianuā·ꝫ curauit
multos q̄ uexabantur variis languoribus ·& demonia multa
eiciebat·ꝫ non ſinebat ea loqui·quoniā ſciebāt eū·ꝫ diluculo

valde surgens egressus abiit ī desertū locū. Videt hic ordinē tenuisse marcus·vt post illud qđ dictum est vespe autē facto· deide dicet ·& diluculo valde surgēs qm̄uis nec illud necesse sit vbi dicit·vespe facto·eiusdē diei vespum accipere ·nec vbi dicitur diluculo·eiusdē noctis diluculū·tamē vtcūq; videri pt hic rerū gestarū ordo seruatq; propt digestū ordinem tempo= rum·lucas q; cum de socru petri narrasset·non ait ipse ·vespe autem facto·sed tamen qđ idem significaret adiūxit dicens cū sol autē occidisset omnes q; habebāt īfirmos variis languori= bus ducebant illos ad eum·at ille singulis manꝰ imponēs cu= rabat eos. Exibāt etiam demonia a multis clamātia & dicen= tia·quia tu es filius dei & increpās nō sinebat ea loq; ·qa scie= bāt ipsum esse cristum ·facta autē die egressus ibat in desertū locum & hic videmus eundem prorsus ordinem tempoꝝ cu= stoditum quē compimus apud marcum. Matheus autem qui videtur non ordine quo gestum est sed quo pretermissum re= colit hoc de socru petri cōmemorasse·posteaqm̄ narrauit quid ipso die facto etiam vespere gestum sit ·iam non subiungit diluculum ·sed ita narrat ·videns autem iesus turbas multas circum se iussit ire transfretū·iam hoc aliud est·nō illud quod marcꝰ & lucas contexunt qui post vespum diluculū ponunt· quod ergo hic dictum est ·videns aūt ihs turbas multas cir= cum se iussit ire transfretum·aliud eū recordatum intposuis= se debemus accipe·q; die quodā cū vidisset iesus turbas mul= tas circum se iussit ire transfretum.

Deinde quod subiungit et accedens vnꝰ scriba·ait illi· magister sequar te quocūq; ieris·vsq; ad illud vbi ait· dimitte mortuos sepelire mortuos suos·hoc similiter narrat & lucas· sed ille post plura· nec ipse sane expresso or= dine temporum·sz recordantis modo vtrum quod prius omi= sit ·an quod posterius etiam factum qm̄ sunt ea que secuntur preocupauit ·incertum est .Ita enim dicit ·factum est autem ambulantibus illis in via dixit quidam ad illū·sequar te quo= cunqz ieris·& respondit ei prorsus eadem que matheus ome= morat·q; autem matheus dicit ·tunc istud gestum esse quan= do iussit vt irent transfretum ·lucas vero ambulantibus illis in via ·nō ē cōtrarium ·quia via vtiqz ambulabāt vt uenirent

ad fretum·et de illo qui petit primū sepelire patrem suū·ma
theus et lucas omnino consentiūt·q; enim matheus primo
eiusdem verba posuit· hoc propter patrem suū petentis·et ꝺ
inde deum dicentis·sequere me·lucas primo dñi dicentis se
quē me·et deinde illius hoc petentis·ad sententiā nichil in=
teresst·cōmemorauit lucas ⁊ aliū dixisse sequar te dñe·sed pri
mum·p̄mitte michi renunciare his q̄ domi sunt·de quo tacꝫ
matheus·inde iam lucas i aliud p̄exit nō in aliud qꝺ ordine
temporis sequebat̄·post hec aūt inq̄t·designauit dñs ⁊ alios
septuaginta duos·post hec q̄dem manifeste· sed quāto tēpis
interuallo post hec fecerit illud dominus·nō apparet·in ip̄o
tñ interuallo fit quod deinceps matheus subiūgit·nam idem
matheus ordinem tempoꝝ adhuc tenet ita narrans.

Et ascendente eo in nauiculā secuti sunt eū discipuli
eius·& ecce motus magnus factꝰ est in mari·usq;
ad illud ubi ait·& venit in ciuitatem suā. Ista duo
facta cōtinuatim que narrat matheꝰ ꝺ tranquillato mari pꝰ
eaq̄m ventis impauit ihus a somno excitatus·et de illis qui
habebāt seuū demoniū ruptisq; vinculis agebātur in desertū
similit̄ narrant marcus et lucas·verbis aliis dcte sūt ab alio
atq; alio quedā sententie·nō tñ alie velut illud qꝺ eū dicit di
xisse matheus·quid timidi estis modice fidei ·marcꝰ ita di=
cit quid timidi estis ne dum habetis fidem·id est illā p̄fectā
velut granum sinapis·hoc ꝸ ⁊ ille ait·modice fidei·lucas aūt
ubi ē fides vestra·et totū q̄dē dici potuit·q̄ꝺ timidi estis·ubi
ē fides vestra modice fidei·vnde aliud hic·aliud ille memo
rat· ⁊ illud qꝺ excitātes eū dixerūt ·matheꝰ sic·dñe salua nos
pimus·marcus·magister nōne ad te pertinet·quia perimus·
lucas·p̄ceptor p̄imꝰ·vna eadēq; sententia est·excitātiū dñm
volētiūq; saluari·nec opus ē querē q̄ꝺ hoꝝ potius xp̄o dctm
sit·siue enim aliquid horum trium dixerit ·siue alia verba q̄
nullus euangelistarum commemorauit·tantūdem tamen va
lentia ad eandem sententie veritatem·quid ad rem interest·
q̄mq̄m ex hoc fieri potuit·ut pluribus eum simul excitantibꝰ
omnia hec·aliud ab alio dicerentur. Item q; sedata tēpestate
dixerunt secundum matheum· qualis est hic · quia venti et
mare obediunt eiꝰ secundum marcum·quis putas est iste·q̄

⁊ ventus et mare obediunt ei? ſecundum lucam·quis putas
eſt hic quia et ventis imperat et mari & obediunt ei ? quis
non iudicat vnam eſſe ſentētiam? tantundem enim prorſus
valet·quis putas eſt iſte· ⁊ qualis eſt hic·⁊ vbi non eſt dictū
imperat · conſequenter intelligitur·quia imperanti obedi
tur. Quod vero matheus duos dicit fuiſſe qui legionem illaz
demonum patiebantur q̄ in porcos ire permiſſa eſt·marcus
autem et lucas vnum cōmemorant ·intelligas vnum eorum
fuiſſe ꝑſone alicuiꝰ clarioris & famoſioris · quem regio illa
maxime dolebat·⁊ pro cuiꝰ ſalute p̄mum ſatagebat·hoc volē
tes ſignificare duo euangeliſte· ſolum cōm morandum iudi =
cauerūt·ō quo facti huiꝰ fama latius p̄clariuſq; flagrauerat·
nec ꝙ verba demonū diuerſe ab euangeliſtis dc̄ta ſunt· hn̄t
aliquid ſcrupuli·cum vel ad vnam redigi ſententiam·uel om
nia dc̄ta poſſint intelligi · nec quia pluraliṫ apud matheum·
apud illos autem ſingulariter loquitur · cum et ipſi narrent
ꝙ interrogatus quid vocaretur· legionem ſe reſpondit eſſe ·
eo ꝙ multa eſſent demonia·nec ꝙ marcus dicit circa montē
fuiſſe gregem porcorū·lucas autē in mōte quicqm̄ repugnat ·
grex enī porcoꝝ tā magnꝰ fuit·ut aliq̄d eiꝰ eſſet in mōte·ali=
qd̄ circa montē·erant enī duo milia porcoꝝ·ſic̄ marcꝰ exp̄ſſit

Hinc enim ſequitur matheus ·adhuc temporum or
dinem ſeruans·atq; ita narrationem contexit·⁊ aſ
cendens in nauiculā tranſfretauit et venit in ciui
tatem ſuā · et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in le=
cto et cetera· uſq; ad illud ꝙ ait·videntes autem turbe timu
erunt & glorificauerunt deum·qui dedit poteſtatem talem
hominibus·de hoc paralitico dixerunt etiam marcus et lu =
cas·ꝙ ergo matheus dicit dominū dixiſſe·confide fili dimit
tunt̄ tibi peccata tua· lucas autem non dixit fili · ſed homo
ad ſententiam domini expreſſius inſinuandum valet· quia
homini dimittebantur peccata· qui (hoc ipſo quo homo er
at) non poſſit dicere non peccaui·ſimul etiam et ille qui ho=
mini dimittebat intelligeretur deus·marcus vero hoc dixit
qō et matheꝰ·ſed nō dixit·confide·potuit q̄dē et ita dici·cōfide
homo dimittunt̄ tibi pc̄ta fili· aut confide fili dimitūtur tibi
pc̄ta homo·aut quodlibz verboꝝ ordine ogruenti ·illud ſane

poteſt mouere quod de iſto paralitico matheꝰ ita narrat. Et aſcendens in nauiculam tranſfretauit. & venit in ciuitatem ſuam. & ecce offerebant ei paraliticum iacentem i lecto. Marcus aũt. nõ hoc in eiꝰ ciuitate fcẽm dicit (que vtiqꝫ nazareth vocat) ſꝫ chapharnaum. quod ita narrat. & iterũ intrauit chapharnaum pꝰ dies. & auditum ẽ qꝺ i domo eſſet & ꝺuenerunt multi ita vt nõ capent neqꝫ ad ianuã & loquebat eis verbum. & venerũt ferentes ad eum paraliticũ qꝺ a ꝗtuor portabat. & cũ non poſſent offerre eũ illi p turba nudauerit tectũ vbi erat & patefaciẽtes ſubmiſerũt grabatũ. in quo paraliticꝰ iacebat Cum vidiſſet aũt iħꝰ fidẽ illoꝝ et cetera. Lucas autẽ nõ commemorat quo in loco factũ ſit. ſed ita dixit. & factũ eſt in vno dieꝝ & ipſe ſedebat docẽs. & erãt phariſei ſedentes & legiſ doctores qꝺ venerant ex omni caſtello gallilee & iudee & ieruſalem et virtus erat dñi ad ſanãdos eos. et ecce viri portãtes in lecto hominem qꝺ erat paraliticus. et querebãt eũ inferre et ponẽ ante eũ. et nõ ĩueniẽtes qua parte illum inferrẽt p turba. aſcenderunt ſup tectum. et per tegulas ſubmiſerũt illũ cũ lecto in medium añ iħm. quoꝝ fidem vt vidit dixit. homo remittunt tibi peccata tua et ceta. Remanet igit queſtio inter matheũ & marcũ qꝺ matheꝰ ita ſcribit. tanqm i ciuitate dñi factũ ſit. marcꝰ aũt i chapharnaũ. q ꝺifficiliꝰ ſoluẽtur. ſi matheꝰ etiaꝫ nazareth nominaret. nũc vero cũ potuerit ipa galilea ꝺici ciuitas criſti qꝺa i galilea erat nazareth. ſicut vniuſq regnũ. in tot ciuitatibꝰ cõſtitutũ ꝺicit romana ciuitas. cũq in tot gentibꝰ cõſtituta ſit ciuitas de aqua ſcriptũ eſt. Gloriofiſſima ꝺicta ſunt de te ciuitas ꝺei. ꝛ cũ ipſe prior populꝰ ꝺei in tot ciuitatibus habitans etiam vna domus ꝺictus ſit ꝺomus iſrahel. quis ꝺubitauerit i ciuitate ſua hoc feciſſe iheſum. cum hoc fecerit in ciuitate capharnaum ciuitate galilee quo tranſfretando redierat ꝺe regione geraſenoꝝ vt veniens in galileam recte ꝺiceretur veniſſe i ciuitatem ſuam in quocunqꝫ opido eſſet galilee. preſertim quia & ipſa capharnaum ita excellebat in galilea. vt tãqm metropolis haberet. Quod ſi prorſus non liceret accipere ciuitatem criſti. vl ipſam galileam. in qua erat nazareth. vel ipſã capharnaum que ſicut caput galilee ciuitatibus eminebat. ꝺicẽmꝰ matheũ ptermiſiſſe



que gesta sunt·posteaqm̃ venit ihs in ciuitatem suam donec veniret capharnaũ ·et hoc adiũxisse de sanato paralitico sicut in multis ita faciunt pretmittẽtes media tanq̃m hoc cõtinuo sequat̃ qđ sine vlla pretmissionis sue significatione subiũgũt

Nunc g̃ sequitur matheus dicens. Et cũ transiret inde ihesꝰ vidit hominem sedẽtem i theolonio matheũ nomine·ꝛ ait illi·sequere me·ꝛ surgens secutus est eum·hoc marcus ita narrat·eũdem etiam ipse ordinem tenẽs· post illius paralitici sanitatem·& egressus est inquit ad mare omnisq̃ turba veniebat ad eum ·& docebat eos·et cum preteriret vidit leui alphei sedentem ad theoloniũ·ꝛ ait illi·seq̃re me·ꝛ surgens secutus est eum·nichil hic repugnat·ipse est enim matheꝰ qui ꝛ leui. Lucas etiam hoc post eundem paraliticum sanatum ita subiungit·ꝛ pꝰ hec exiit·ꝛ vidit publicanum nomine leui sedentem ad theoloniũ ꝛ ait illi·seq̃re me· ꝛ relictis omnibꝰ surgens secutus ẽ eum. Hic aũt probabilius videtur q̃ hec pretmissa recordãdo matheus commemorat quia vtiq̃ añ illũ sermonem habitũ in monte credendum est vocatum esse matheum·in eo quippe mõte tũc lucas omemorat oms duodecim ex plurimis discipulis electos quos apostolos nominauit.

Sequitur itaq̃ matheꝰ ꝛ dicit· & factũ ẽ discumbẽte eo in domo·ecce mlti publicani ꝛ peccatores venientes discumbebant cũ ihu·& discipulis et cetera· vsq̃ ad illud vbi ait ·sz vinũ nouum in vtres nouos mittũt·& ambo conseruãtur. Hic matheus non expressit in cuiꝰ domo discumbebat ihs cum publicanis ꝛ peccatoribus·vnde possit videri non hoc ex ordine subiunxisse·sed quo alio tempore factum est recordatꝰ interposuisse·nisi marcus & lucas qui hoc omnino similiter narrant manifestarent i domo leui·hoc est mathei discubuisse ihesum·& dicta illa omnia que secuntur· ita enim marcus hoc idem dicit· eundem ordinem seruans · Et factum est cũ accumberet· i domo illius publicani & peccatores simul discumbebant cum ihesu·cum ergo dicit in domo illiꝰ· expꝛimit vtiq̃ illum de quo superiꝰ loquebat̃ id est leui·sicut ꝛ lucas cũ dixisset ait illi sequẽ me·ꝛ relictis omnibus surgens secutus est eũ·cõtinuo subiecit ꝛ fecit ei cõuiuiũ

magnū leui in dōmō ſua·et erat turba multa publicanoꝝ &
alioꝝ qui cum illis erant diſcumbentes·manifeſtum eſt itaꝙ
in cuiꝰ domo iſta gerebant. Iā ipa verba videamꝰ vel q̄ dño
dicta·vel q̄ ab illo reſponſa omnes iſti tres euāgeliſte poſue=
runt·matheꝰ·ꝛ videntes inq̄t phariſei dicebāt diſcipulis eiꝰ
quare cum publicanis ꝛ peccatoribus māducat magiſter ve=
ſter ·totidem pene verbis hoc ait & marcꝰ· quare cū publi=
canis & peccatoribꝰ manducat & bibit magiſter veſter·p=
termiſſum eſt ꝑ a matheo· ſ3 iſte addidit bibit·ſ3 q̄d ad rem
cum plena ſit ſententia inſinuans pariter conuiuantes·lucas
aūt aliq̄nto differentiꝰ hoc videt omemoraſſe ·& murmura=
bant phariſei inquit ꝛ ſcribe eoꝝ dicentes ad diſcipulos eiꝰ
quare cū peccatoribꝰ ꝛ publicanis manducatis ꝛ bibitis non
vtiꝙ magiſtrū eoꝝ volēs illic inteligi·ſ3 ſimul omnibꝰ·ꝛ ipi
& diſcipulis eiꝰ hoc obiectū inſinuās·non tñ ei dictū ſ3 illis
quod & de ſe ipo & de illis acciperet·nā vtiꝙ & ipe lucas
ita dicit dominū reſpōdiſſe·non veni vocare iuſtos·ſ3 pecca=
tores in penitentiā·qđ nō eis reſpōdiſſet·n̄ ꝙ dixerāt mandu=
catis ꝛ bibitis ad ipm maxime pertineret·propterea etiam
matheus ꝛ marcꝰ de illo diſcipulis eiꝰ hoc obiectū eſſe nar=
rarunt·q̄a cū & de diſcipulis dicebatur magiſtro magis obi=
ciebatur·quem ſectando imitabantur·vna ergo ſententia eſt·
& tanto melius inſinuata·quanto quibuſdam verbis manen=
te veritate variata. Item ꝙ matheꝰ refert dominum reſpon=
diſſe·non eſt opus valentibus medicus· ſed male habentibus
euntes autem diſcite quid eſt miſericordiam volo & non ſa=
crificium ·non enim veni vocare iuſtos ſed peccatores·mar=
cus quoꝙ & lucas eiſdem pene verbis eandem ſententiam
tenuerunt ·niſi ꝙ ambo non interponunt illud ex ꝓpheta
teſtimoniū·miam volo q̄m ſacrificiū·lucas aūt cū dixiſſet·nō
veni vocare iuſtos ſ3 pc̄tores·addidit in penitētiaz·qđ ad ex=
planādaz ſētētiaz valꝰ·nec q̄ſq̄3 pc̄tores obhoc ipm ꝙ pc̄tores
ſt̄ diligi arbitret a xp̄o ·cū ꝛ illa ſil̄itudo ð egrotis bñ intimet
q̄d velit deꝰ vocādo pc̄tores tāqm̄ medicꝰ egros ·vtiꝙ vt ab
iniq̄tate q̄z ab eg̃tudie ſalui fiāt qđ fit ꝑ pniam ·Item qđ dicit
matheꝰ·tūc acceſſerūt ad eū diſcipuli iobānis dicentes·quare
nos & phariſei ieiunamꝰ frequēter marcus ſimiliter intulit

dicens et erāt discipuli iohannis & pharisei ieiunantes·& veniunt et dicunt illi·cur discipuli iohannis & pharisеorū ieiunant? nisi ꝙ iste putari potest addidisse pharisеos·ꝙ si = mul cū discipulis iohannis hoc dixerūt·cum matheꝰ tm̄ di = scipulos iohannis hoc dixisse ꝓhibeat · sed verba ipa q̄ illos dixisse apud marcū legit·magis indicāt alios hoc dixisse de = aliis·id est cōuiuas qui aderant venisse ad ihm·qa ieiunabāt discipuli iohānis·& pharisei· et hoc ei de illis dixisse· & qđ ait veniunt non de ipis dixerit de quibus interposuerat et erāt discipuli iohannis et pharisei ieiunātes·sed cū isti essēt ieiunātes veniūt illi quos hoc mouit·et dicunt illi·cur discipuli iohānis et pharisеoꝝ ieiunāt·tui aūt nō ieiunant? quod lucas euidentius expressit ita hoc idē intimās cū dixisset· qđ eis respondерit dns de vocacōne peccatoꝝ tanqm̄ egrotorū at illi inquit dixerunt ad eū·quare discipuli iohānis ieiunāt frequēt & obseruationes faciūt· similit et pharisеoꝝ·tui aūt edūt et bibūt·Ergo et hic sicut marcꝰ·alios de aliis hoc dix isse narrauit Vnde ꝫ matheꝰ·tunc accesserūt ad eū discipuli iohannis dicētes·quare nos et pharisei ieiunamus nisi quia et ipi aderāt & omēs certatim (vt quisq; poterat) hoc obie = cerūt·quoꝝ sententia a diuerso loquēdi mō sed tn̄ a veritate non aliena·a tribus euāgelistis insinuata ē·Item illud de spō si filiis quia nō ieiunabūt·quādiu cū eis ē sponsus·similit po suerūt matheus & marcus · nisi ꝙ marcus filios nuptiarum appellauit quos ille spōsi ·quod ad rem nichil interest·filios quippe nuptiaꝝ non tm̄ sponsi·sed etiā sponse intelligimus· eadē ꝫ est apperta sententia·nō altera aduersa. Lucas autē nō tm̄ ꝙ possūt filii sponsi ieiunare·sed ait· nunqd possūt filii sponsi dū cū illis ē sponsꝰ facē ieiuniū? i quo & ipe ad aliud quidē insinuādū eādem sentētiā elegāter apperuit·sic enī intel ligit eosdē ipos q̄ loqbant fuisse factos vt lugētes ieiunarent filii spōsi·quōz ipi eēnt spōsū occisuri. Quod aūt dixit matheꝰ lugē·hoc marcꝰ et lucas ieiunare·qa et ille pea tūc ieiunabt ait·nō tūc lugebūt·veꝝ illo verbo significauit de tpi ieiunio dnm locutū·qđ ptinet ad humilitatē tribulacōis vt illud alteꝝ qđ ptinet ad gaudium mentis in spiritalia suspense atq; ob hoc alienate quodammodo a corporibus cibis posterioribus

similitudinibus dominus significasse itelligat de pano nouo et de vino nouo id ostendes qd animalibus atq; carnalibus circa corpus ocupatis·et ob hoc veterem adhuc sensu trahentibus·hoc genus ieiunii no cogruat·quas similitudies·& alii duo similit explicarut·iam eni satis in promptu enichil esse cotrariu·si quid alius dicit qd alius pretermittit· seu verbi seu rei·du vl ab eade sentetia no recedat·vel q forte alia ponit·alii non aduersetur

Sequit inde mathe adhuc tpm ordinem seruans·hec illo loquete ad eos ecce princeps vn accessit ⁊ adorabat eu dicens·filia mea mo defuncta est·sed veni impone manu sup ea et viuet et ceteza·vsq ad illud vbi ait· et surrexit puella· et exiit fama hec in vniuersa terra illam· dicunt hec et alii duo marcus et lucas· sed ab isto ordine ia recedunt·alibi enim hoc recozdantur atq; inserunt·id est eo loco vbi redit transfretando a regione gerasenorum· post expulsa et in porcos permissa demonia· Nam hoc marcus ita coniungit post illud apud gerasenos factum et cum trascendisset inquit ihesus in naui rursus transfretum· conuenit turba multa ad illu·et erat circa mare·et venit quidam d archisinagogis nomie iairus·et videns eum procidit ad pedes ei·et cetera·ac p hoc intelligendu est·hoc quide de archisinagogi filia fctm esse·cu trascendisset ihus in naui rursus trasfretu·sed quato p·no apparet· nisi eni fuisset interuallu·no esset qndo fierit·quomo narrauit mathe·in couiuio domo sue·tanqm de illo quippe narrauit more euagelistaz·quod dese ac domui sue gestu erat p qd fctm nichil aliud otinuo sequitur·qmh de archisinagogi filia ·sic enim ipse contexit vt ipse transitus apperte indicet hoc consequent narrari· qd ⁊ consequenter factum est·quando quidem cum supius commemorasset q de pano nouo ⁊ de vino nouo ihus dixerit continuo subiecit·hec illo loquete ad eos·ecce princeps vnus accessit·ac p hoc si hec illo loquete accessit· nichil aliud dictoz factoz eo interpositu est·in narratione aut marci patet locus vbi interponi alia potuerit sicut iam ostendimus·similit ⁊ lucas·cu post narratu apud gerasenos miraculu transiit ad narrandu de archisinagogi filia·non sic trasit vt renitat ma-



theo qui post illas de panno ⁊ vino similitudines hoc gestū esse demonstrat dicendo hec illo loquente· iste q̄ppe cum terminasset quod apud gerasenos factū narrauerat hoc mō trā sit i aliud·factum est at̄ inq̄t·cum rediisset ihs excepit turba illum·erant enī omēs expectātes eum· ⁊ ecce vir cui nomen iairo· et ip̄e priceps synagoge erat·⁊ cecidit ad pedes ihu ⁊c· sic intelligit̄ q; turba q̄dem illa cōtinuo exceperit dn̄m q̄ppe quem reditu⁊ expectabat. Quod vero actu[illegible]·et ecce vir cui nomen erat iairus·non cōtinuo factū accipiendū est· sed pus illud de cōuiuio publicano⁊ sicut narrat matheo cui rei sic cōiungit hoc ut nō possit aliud factum cōsequent̄ intelligi· i hac ꝯ narratione q̄m nunc cōsiderādam suscepimus de illa q̄dem que fluxum sāguinis patiebat̄· omēs isti tres euangeliste sine vlla questione cōcordāt·neq; enim interest·ad rei veritatem·quod ab illo aliquid tacitum ab alio dicit̄·nec quod marcus dicit·quis tetigit vestimenta mea·et lucas quis me tetigit·alter enim dixit vsitate alter proprie eandē tn̄ vterq; sententiā·nam vsitati⁹ dicim⁹ cōscindis me·q̄m conscindis vestimenta mea cū tn̄ in apperto sit quid velim⁹ intelligi· at vero cū matheo archisinagogum non morituram· vel morientem ·vel in extremo vite positā filiā suam narrat·dn̄o nunciasse sed omio defunctam· illi autē duo morti iam p̄ximam non dum tn̄ mortuam vsq; adeo vt dicant venisse postea· q̄ mortuam nūciarent ·& ob hoc iam nō debe vexari magist⁊ tanq̄m sic veniret·vt manū impone[illegible]ori nō fineret·nō vt qui posset mortuā suscitare· cōsiderandum est ne repugnare videat̄·⁊ intelligendum breuitatis causa·matheū hoc potius dice voluisse rogatū esse dn̄m ut faceret·quod eū fecisse manifestū est·vt scilicz mortuā su[illegible]taret·attendit enī non verba patris de filia sua·sed qđ est potissimū·volūtatē· et talia verba posuit qualis volūtas erat· ita enī desperauerat· ut potius eā vellet reuiuisce· non credens viuam posse inueniri quam morientem reliquerat· duo itaq; posuerunt quid dixerit iairus· matheus autem quid voluerit atq; cogitauerit · vtrunq; ergo petitum est a domino vt vel morientem saluam face· vel mortuam suscitaret sed cum instituisset matheus totū breuiter dicere hoc insinuauit patrem rogantem dixisse·

quod et ipsum certum est voluisse et cristum fecisse · sane si illi duo vel quisqm eorum patrem ipm commemorasset dixis se · q̄ sui de domo venientes dixerant vt iam non vexaretur ihesus q̄ puella mortua fuisset · repugnarent eius cogitationi verba q̄ posuit matheꝰ · nūc uero et illud suis nūciātibꝰ ⁊ prohibentibꝰ ne iam magister veniret · nō legit q̄ ille cōsenserit ac p̄ hoc et illud quod ei dominus ait · noli timere crede tm̄ ⁊ salua erit · non diffidentē reprehendit sed credentē robustius cōfirmauit · talis quippe i illo fides erat qualis & i illo q̄ ait credo dñe adiuua incredulitatē meā · que cū ita sint · p̄ hmoi euangelistaꝝ locutiōes varias sed non contrarias rem plane vtilissimā discimꝰ & p̄ necessariā · nichil i cuiꝰq̄ verbis nos debe inspicē nec mentiri quenq̄m si aliis verbis dixerit q̄d ille voluerit cuiꝰ verba nō dicit · ne miseri aucupes vocū · alicibus quodāmō litteraꝝ putent ligandā esse veritatem · cum vtiq̄ non i verbis tm̄ sed etiā i ceteris omibꝰ signis animoꝝ non sit n̄ ipe animus inq̄rendus · Q autem nō nulli codices hnt scōm matheū · non enim mortua est mulier sed dormit · cū eā marcus & lucas duodecī annoꝝ puellā fuisse testent · intelligas hebreo more locutū esse matheū · nam et aliis scriptuꝝ locis hoc inuenit non eas tm̄ q̄ virū passe fuerāt · sed omnino femias etiam intactas atq̄ integras · mulieres appellari · sicut de ipa eua scriptū est · formauit eam i mulierem · et illud in libro numerorū · vbi iubent custodiri mulieres q̄ nescierūt cubile masculi id ē virgines ne interficiant · qua locutione etiā paulꝰ ipm xpm ait fctm ex muliere · hoc enim melius intelligimꝰ · q̄m vt illam duodecim annoꝝ iam nuptam vel virum exptam fuisse credamus

Sequit g̃ matheꝰ ⁊ dicit · transeūte inde ihu secuti sūt eum duo ceci clamantes ⁊ dicētes · miserē nostri fili dauid · vsq̄ ad illud ubi ait · pharisei autē dicebant in principe demoniorū eicit demones · hoc de duobꝰ cecis et ō muto demoio solꝰ matheꝰ posit · illi enī duo ceci de q̄bꝰ et alii narrāt nō sūt isti · sed tn̄ simile fctm ē · ita vt si ipe matheꝰ non etiā illius facti meminisset · posset putari hoc quod nūc narrat dictum fuisse etiam ab aliis duobus · quod cōmendare memorie diligēter debemꝰ · esse quedā facta similia q̄ō p̄bat

cum idem ipe euangelista utrunq; cōmemorat·ut si qñdo talia singula apd singulos inuenirem⁹ atq; in eis contrariū qd solui non possit·ocurrat non hoc esse factū· sed aliud simile uel similiter factum

Mane deinceps non apparet ordo rerū gestaꝝ·nam p⁹ hec duo facta de cecis et muto demonio ita sequitur ⁊ circuibat ihs ciuitates·⁊ omnia castella docens in synagogis eoꝝ ⁊ p̄dicans euāgeliū regni·et curans omnē langorem·et omnem infirmitatem· uidens aūt turbas misertus est eis·quia erāt uexati et iacentes sicut oues non hn̄tes pastorem·tūc dicit discipulis suis·messis q̄dem multa·operarii aūt pauci rogote ḡ dn̄m messis·ut eiciat operarios in messem suam et cōuocatis duodecim discipulis dedit illis potestatem spirituū immūdoꝝ ⁊c̄·usq; ad illud ubi ait·amen dico vobis nō p̄det mercedem suā/In hoc toto loco·quē nūc cōmemoramus multa monuit discipulos suos·sed vtrū eos ex ordine matheus subiūxit·an ei ordo narrandi recordatio sua fuerit sicut dictum est nō apparet·hūc locū breuit̄ videt̄ p̄strinxisse marc⁹ ⁊ eū sic ingressus est dicens· ⁊ conuocauit duodecim et cepit eos mittere binos et dabat illis p̄tatem spirituū immūdorū et ⁊c̄·usq; ad illud ubi ait·excutite puluerē de pedib⁹ uestris in testimoniū illis· sed añqm̄ hoc narraret marcus p̄us post resuscitatam filiam archisinagogi illud narrauit ubi dn̄m in patria sua mirabant̄·vnde illi esset tanta sapiētia·et virtutes cū ei⁹ cognationē nossent· quod matheus p⁹ admonitionem ista discipuloꝝ·et post alia multa cōmemorat·/Itaq; incertū ē vtrū hoc qd agit̄ i eius patria mathe⁹ omissū reuocauerit· an marc⁹ recordatū añ ceperit·quis nā eoꝝ ordinē rei geste· et q̄s recordacōis sue tenuerit/Lucas aūt otinuo p⁹ resurrecti onem filie iairi subiungit hunc locum de potestate et admonitione discipulorum tam breuiter sane qm̄ marcus·neq; ipse ita·vt hoc sequi etiam in rerum gestarum ordine appareat/In nominib⁹ ḡ discipulorum lucas qui eos alio nomie nomiat·cū p⁹ eligunt̄ i mōte a matheo nō discrepat· nisi i noie iude iacobi· quē matheus tatheū appellat· non nulli autem codices habent lebbaeum· Quis autem vnqm̄ prohibuerit duobus vel tribus nominibus hominem vnum vocari? solet

item queri quomō matheus ⁊ lucas commemorauerint dix⁊
isse dominū discipulis vt nec virgam ferrent·cum dicit mar
cus & p̄cepit eis ne quid tollerent ī via nisi virgā tm̄·⁊ seq̄t
etiam ipe·non peram·nō panem·neq; in zona es·vt ostendat
in eodem loco versari narrationem suā· in quo & illorū qui
dixerūt nec uirgam ferendā· quod ita soluīt ut intelligamus
sub alia significatione dictā virgam q̄ scd̄m marcū ferenda
ē·et sub alia illā·q̄ scd̄m matheū·& marcū·et lucā nonē ferē
da· sicut sub alia significatione intelligitur temtatio·de qua
dc̄m ē deus neminem temtat·et alia de qua dc̄m est· tem⁊
tat vos dominus deus vester ut sciat si diligatis eū·illa sedu
ctionis est· hec p̄bationis·sicut iudiciū alit̄ accipitur de quo
dc̄m est ·qui benefecerūt in resurrectionē vite· qui malefe
cerūt in resurrectionem iudicii·et aliter dequo dc̄m est · iu
dica me deꝰ et discerne causam meā ō gente nō sancta·illud
enī iudiciū damnationis est·hoc discretionis·et multa alia sūt
verba q̄ nō hn̄t vnā significationē·sed diuersis locis cōgruen
ter posita· diuerso ordine mō intelligunt̄·et aliquando cū ex
positione dican̄t ut est illud·nolite pueri effici sensibus· sed
malitia p̄uuli estote vt sēsibꝰ p̄fc̄ti sitis·hoc enī breuit̄ clau
sa sentētia dici potuit·nolite esse pueri sed estote pueri·et il
lud si quis putat se sapientē esse in vobis ī hoc seculo·stultꝰ
fiat ut sit sapiens· quid enī aliud dixit·qm̄ nō sit sapiens· vt
sit sapiens·aliq̄ndo aūt clause ita dicunt̄ vt exerceāt inq̄rētē·
vt est quod ait ad galatas· inuicē onera vestra portate· et sic
adimplebitis legem xp̄i·qui enī putat se esse aliq̄d cū nichil
sit seip̄m seducit· opus aūt suū p̄bet vnusquisq; et tūc in se
ipō habebit gloriā et nō ī altero·vnusquisq; enī p̄priū onus
portabit·nisi oneris nomen sub diuersis significationibus ac
ceperis·p̄culdubio putabis eūdem sibi in loquēdo esse ꝺtrariū
et hoc in vna sentētia tam uicine positis verbis·qui cū pau⁊
lo ante diceret·alter alterius onera portate·p̄ea dixit vnusq̄s
q; p̄priū onus portabit· sed alia sunt onera p̄ticipande in
firmitatis·alia reddende rationis deo de actibꝰ nostris·alia
cum fatribus sustentanda communicantur· hec p̄pria ab
vno quoq; portantur·ita et virga intelligitur spiritaliter ō
qua dicebat aplūs· in virga veniā ad uos·et corporaliter qua

vtimur siue ad equū·siue ad aliq̄d aliud op9 fuerit·vt interim omittā ⁊ alias hui9 nomis figuratas significacões vtrūq3 ℊ accipiēdū ē a dño apostolis dcīm· ⁊ vt nec virgā ferrēt ⁊ vt nō nisi virgā ferrēt. Cū enī scōm matheū dicēt eis·nolite possidē aurum ·neq3 argētum neq3 peccuniam ī zonis vestris· nō perā ī uia ·neq3 duas tunicas·neq3 calciamenta neq3 virgā· cōtinuo subiecit dign9 est enim operari9 cibo suo·vnde satis ostēdit cur eos hec possidere ac ferre noluerit·non quo necessaria non sint sustentationi hui9 vite·sz q̄a sic eos mittebat ·vt eis hec deberi demonstraret ab illis qiub9 euangeliū credentibus ad nunciarent·tanq̄m stipendia militantib9·tanq̄m fructū vinee plantatorib9·tanq̄m lac gregis pastorib9·vnde paul9 dicit·q̄s militat suis stipendiis vnq̄m? quis plātat vineam & de fructu eius non edit? quis pascit gregem & de lacte eius non p=cipit? hinc enim loq̄batur de his que necessaria sunt predicatoribus euangelii vnde paulopost dicit·si nos vobis spiritalia seminauimus·magnū ē si vestra carnalia metemus· si alii potestati vestre participant non magis nos·sed nō sumus vsi hac potestate· vnde apparet hec nō ita p̄cepisse dominum·tanq̄m euangeliste viuere aliunde non debeant qm̄ eis prebentibus quibus ānūciant euangelium : alioqn̄ cont̄ hoc p̄ceptum fecit idem apostol9 qui victum de manuum suarum labori9 tñsz igebat ne cuiqm̄ grauis esset :potestatem tñ dedisse in qua sciret sibi ista deberi·cū aūt a dño aliq̄d impat̄ nisi fiat·inobedientie culpa ē·cū autem potestas dat̄ licz cuiq3 nō vti·& tāq̄m de suo iure recedere· hec ℊ dñs loquens discipulis id aiebat quod ipse apostol9 paulopost aptius ita explicat nescitis quō qui in templo operant̄ que de templo sunt edunt · qui altari deseruiunt altari compartiuntur sic & dominus ordinauit his qui euangelium ānuncciant de euangelio viuere· ego autem nullius horum vsus sum .Cū itaq3 dicit dominum ordinasse ·se autem vsum non esse·vtiq3 ostendit vtendi potestatem datam · non impositam seruiendi necessitatem · Hoc ergo ordinans dominus quo eum ordinasse dicit apostolus qui euangelium adnunciant de euangelio viuere · illa apostolis loquebatur vt securi non possiderent neq3 portarent huic vite necessaria nec magna nec minima ideo posuit nec

virgam· ostendens a fidelibus suis omnia deberi ministris
suis nulla superflua requirentibꝰ ·ac per hoc addendo dignꝰ
est enim operarius cibo suo·prorsus apperuit& illustrauit
vnde & quare hec omnia loq̃retur. Hāc ergo potestatē virge
nomine significauit cū dixit ne q̓d tollerēt in via nisi virgam
tantū·potuit enim etiā sic breuit̓ dici·nihil necessarium vo=
biscum feratis nisi virgam tm̃·vt illud qđ dictum est nec vir
gam· intelligat̓ ne minimas q̓dē res· ꝙ vero adiunctum est
nisi virgam tm̃·intelligat̓ q̓a ꝑ potestatem a dño acceptam :
q̃ virge nomie significata ē: etiam q̃ non portant̓ nō deerūt·
vtrunq; ꝙ dominꝰ dixit·sꝫ q̓a nō vtrūq; vnꝰ euangelista ome=
morauit·putat̓ ille q̓ virgam sub alia significatione positam
tollendam dixit·ei q̓ virgam rursum aliud significātem non
tollendam dixit·esse otiarius·sed iā ratione reddita nō puteť
Sic & calciamēta cū dicit mattheꝰ in uia non esse portanda·
curam ꝓhibꝫ·q̓a ideo portāda cogitāt̓ ne desint·hoc ꝛ de dua
bꝰ tunicis intelligēdū ē·ne q̓sq̃m eoꝝ ꝑt̓ eā quā induꝰ esset
aliā portādam putaret solicitꝰ ne opꝰ esset cū ex illa potesta
te posset accipe. Proīde marcus dicendo calciari eos sandalis
vel soleis aliq̓d hoc calciamētum mistice significationis ha=
bere admonet vt pes neq; tectꝰ sit nec nudꝰ ad t̓rā id est nec
occultet̓ euāgeliū nec terrenis comedes innitat̓ & ꝙ nō porta=
ri vel habere duas tunicas sꝫ exꝑssiꝰ indui ꝓhibꝫ dicēs ꝛ ne
induēnt̓ duabꝰ tunicis·q̓d eos monꝫ nisi nō duplicit̓ sꝫ simpli
cit̓ ambulare·ita dominū omnia dixisse nullo modo dubitādū
est·partim proprie partim figurate ·sed euāgelistas alia istū
alia illum inseruisse scriptis suis·quedam vero eadem vel du=
os vel tres eorum·quoslibet vel omnes quatuor posuisse·nec
sic tamē omnia esse conscripta que ab illo seu dicta seu facta
sunt quisquis autem putat dominum non potuisse in vno ser=
mone·quedam figurate quedā ꝓprie ponē eloq̓a·cetera eiꝰ in
spiciat·videbit qm̃ hoc temere atq; inerudite arbitretur·po=
test enī iste vt vnū aliq̓d dicā qđ animo interim occurrerit ·
quomō monet vt nō sciat sinistra q̓d facit dextera·ꝛ ipas ele=
mosinas·& quicquit illic aliud precipitur figurata ea accipi=
endum putare. Sane rursus admoneo ꝙ oportet meminisse
lectorē ne tali admonitione sepissime indigeat aliis atq; aliis

sermonū suoꝝ locis dominū iam multa iterasse que alibi dixerat ·ne forte ipsoꝝ locoꝝ ordo cū ex alio euāgelista non cōueneriṫ alicui eorum hinc putet esse contrariū·cū intelligere debēt iteꝝ alibi dici ·qđ iā alibi dictū erat ·nec tm̄ de dictis veꝝ etiaꝫ de factis obseruari debere·nihil enim prohibꝫ hoc idem iterū factū credẽ ·calumniare aūt euāgelio dum nō credit iterum fieri non potuisse nemo convincit sacrilege vanitatis est.

Sequiṫ matheus & dicit·& factū est cū consumasset ihs p̄cipiēs duodeci discipulis suis·trāsiṫ inde vt docẽt ꝛ p̄dicaret inciuitatibꝰ eoꝝ·iohānes autē cū audisset in uinculis opera cristi· mittēs duos de discipulis suis ait illi ·tu es q̄ vēturꝰ es an aliū expectamꝰ ꝛc̄ ·vsq; ad illud vbi ait & iustificata ē sapiētia a filiis suis ·hūc totū locū de iohāne baptista q̄ miserit ad ihm & cꝰmoi respōsum acceperint illi quos misit ·& quitq̄t pꝰ eoꝝ absceſſum de iohanne dñs dixit·interponit ꝛ lucas ·non quidē ipō ordine·sed q̄s eoꝝ recordationis sue quis rerum ipsarum hic ordinē teneat non apparet.

Sequiṫ ꝗ matheꝰ & dicit ·tūc cepit exprobrare ciuitatibꝰ i q̄bꝰ facte sunt plurime virtutes eiꝰ q̄a non egissent pñiaꝫ ꝛc̄· vsq; ad illud vbi ait t̄re sodomorū remissiꝰ erit i die iudicii qm̄ tibi · etiā hoc ꝫmemorat lucas ꝫtinuato cuidam sermoni dñi etiā hec ipiꝰ ore ꝫiungēs·vn· de magis videṫ ipe hoc ordie illa ꝫmemorarequo a dño dc̄ta sṫ·matheꝰ aūt sue recordationis ordinem tenuisse·autsi illud qđ idem matheꝰ ait·tūc cepit expbrare ciuitatibꝰ sic accipiendū putaṫ vt pūctum ipsū temporis voluisse tradatur exprimere· in eo quod est tunc· nō aūt ipsum tempus aliqñto latius quo hec multa gerebantur & dicebantur · quisquis hoc credit·credat hoc etiā esse bis dictū·cū enim apud vnum euangeliſtam inueniātur quedā q̄ bis dixerit dominꝰ·sicut apud eundem lucā de non tollenda pera in via ꝛ similiter ceteris duobus locis dictum a domino inuenitur ·quid mirum si & aliquid aliud bis dictum singillatim a singulis dicitur eodē ordine quo dictum est ·ꝛ ideo diuersus ordo apparet i singulis quia & tunc quādo ꝛ ille ꝛ tūc qñ iste ꝫmemorat dictū est.

Sequitur matheus ·in illo tempore respondens ihesꝰ dixit confiteor tibi pater domine celi & terre quia abscondisti hec a sapientibꝰ ⁊ prudentibus ⁊c̄ ·vsqꝫ ad illud vbi ait iugum enī meū suaue est· & onus meū leue· huiꝰ loci & lucas meminit sed ex parte·non dicit enim ipse venite ad me omnes qui laboratis · & alia que secūtur·semel aūt hoc dictū a domino sed lucam non totū quod dictū est ꝫmemorasse credibile ē ·matheus enī dicit·in illo tempore respondens ihs dixit pꝛeaq̄m exprobrauit ciuitatibꝰ·lucas aūt pꝰ illam exprobrationem ciuitatū interponit quedam nō tñ multa atqꝫ hoc ita subiungit ī ipa hora exultauit spiritu sācto ⁊ dixit·vnde etiā si matheus non ī illo tempore diceret sed in ipsa hora (tam pauca intponit lucas in medio)etiā eadem hora dictum nō absurde videatur.

Sequit̄ ꝯ matheꝰ & dicit ī illo tempore abiit ihesus sabato pꝛata discipuli aūt eiꝰ esuriētes ceperūt vellere spicas & manducare ⁊c̄· vsqꝫ ad illud vbi ait· dñs est enim filius hominis etiā sabati·hoc quoqꝫ sine vlla repugnantie questione commemorat̄ & a marco & a luca sed illi non dicunt in illo tempore ·vnde fortassis magis matheꝰ rei geste hic ordinem tenuit illi aūt recordationis suc·nisi latiꝰ accipitur quod dictum est in illo tempore ·idest quo hec multa ⁊ diuersa gerebantur.

Sequitur ꝯ matheus ita narrās ·& cū inde trāsisset venit ī synagogam eoꝝ & ecce homo manum habens aridam ⁊c̄· vsqꝫ ad illud vbi ait ⁊ restituta ē sanitati sicut altera· de isto sanato q̄ manū habebat aridā·etiā marcꝰ ⁊ lucas nō tacēt·posset aūt putari eo die factū·⁊ ꝺ spicis ⁊ de isto sanato·quomō sabatum ⁊ hic ꝛmemorat̄ nisi lucas apperuisset alio sabato factū esse·ꝺ sanitate aride manꝰ ·proinde qꝺ ait matheus·⁊ cū inde trāsisset venit ī synagogā eoꝝ · nō q̄ dē venit nisi cū inde trāsisset·ſ3 q̄ pꝰ dies ī synagogā eoꝝ vene rit pꝛeaq̄m a segete illa trnsiit an recte otinuoqꝫ illucierit nō exp̄ssū ē ac p hoc locꝰ dat̄ narrationi luce q̄ dicit alio sabato huiꝰ manū sanatā·ſ3 pt̄ mouere quomō matheꝰ dixerit q̄ ipi interrogauerint dominum si licet sabato curare volentes inuenire accusandi occasionē ·ipse vero illis ꝺ oue proposuerit

similitudinē dicens ·quis ex vobis homo q̄ habet vnam ouē & ceciderit hec sabatis in foueā nonne tenebit et leuabit eā· qñto melior est homo oue ·itaq; licet sabatis bñ facere ·cum marcꝰ & lucas illos pocius a dño introgatos esse phibeāt·licꝫ sabato bñfacere an male animam saluam facere an perdere· itaq; intelligendum est·q̄ illi prius introgauerint dominum si licet sabato curare deinde q̄ intelligens cogitationes eorū aditum accusādi querētiū constituerit in medio illum quem fuerat sanaturꝰ ⁊ interrogauerit q̄ marcꝰ ⁊ lucas eū interrogasse commemorant ·ac tūc illis tacentibus ꝓposuisse similitudinē de oue & oclusisse qđ liceat benefacere sabato·postremo circumspectis eis cū ira (sicut marcus dicit) contristatū super cecitate cordis eorum dixisse homini extende manum tuam.

Sequitur matheus ita contexens narrationem suam exeūtes aūt pharisei cōsiliū faciebant·aduersꝰ eum · quomodo eum perderent ihesus autē sciens recessit inde·& secuti sunt eū mlti & curauit eos oms·& p̄cepit eis ne manifestū eum facerent·vt adimpleretur quod dictum est per isaiam prophetam dicentem·⁊ cetera vsq; ad illud qđ ait & in nomine eiꝰ gentes sperabunt·hoc solꝰiste commemorat·illi duo in alia perrexerunt·ordinem sane rei geste videtur marcus aliqñtulum tenuisse q̄ dicit ihm cognita maligna aduersū se dispositione iudeorum secessisse ad mare cum discipulis suis & ad eum turbas confluxisse·sanasse eum plurimos vnde autem ceperit in aliud ire·non quod ordine sequeretur· vix apparēt vtrum vbi dicit conuenisse ad eum turbas (potuit enim hoc iam fecisse ⁊ alio tempore) an vbi dicit·ascendit in montem quod & lucas videt commemorare dicens factū est autem in illis diebus exiti montem orare ·dicendo enim in illis diebus·satis ostendit non continuo factum.

Matheus ergo sequitur ⁊ dicit tunc oblatus est ei demonium habens cecus ⁊ mutus ⁊ curauit eum ita vt loqueretur & videret·hoc non isto ordine sed pꝰ alia multa lucas commemorat ·& mutum dicit tantum non etiam cecum·sꝫ nō ex eo q̄ aliq̄d tacet de alio dicē putādꝰ ē · ea enim sequētia etiaꝫ ipe contexit que matheus.

Sequitur matheus dicens. & stupebant omnes turbe ⁊ dicebāt. nūquid hic est filiꝰ dauid. pharisei aūt audientes dixerūt hic nō eicit demones ṅ i beelzebub p̄n cipe demoniorum. ihs autem sciēs cogitationes eorum dixit eis. omne regnum diuisū contra se desolatur ⁊c. vsq; ad illud vbi ait. ex verbis tuis iustificaberis & ex verbis tuis cōdemnaberis. marcꝰ non ex occasione illius muti subicit dictum de ihu ꝙ inbeelzebub eicēt demonia sed post talia quedam q̄ solus commemorat hoc q; subnectit. siue alio loco id recolēs et adiungens siue aliquid pret̄mittēs ⁊ deinde ad hūc ordinē rediēs. Lucas aūt pene totidē ūbis h̄° dicit quot matheꝰ. ꝙ digitū dei appellat spiritum dei. ab eadem sententia non recedit quin potiꝰ & aliq̄d docet. vt nouerimꝰ quēadmodū intelligamus vbicunq; scripturarum legerimus digitū dei. in aliis autem que non hic dicunt marcus & lucas nulla controuersia est. nec in his que aliqñto aliter dicunt que eadem sententia est.

Seq̄t matheꝰ ⁊ dicit. tūc respōderūt ei q̄dā de scribis & phariseis dicētes. magister volumꝰ a te signū videre ⁊c. vsq; ad illud vbi ait. sic erit ⁊ generatiōi huic pessime. hec etiaz lucas narrat eo quidem loco. sz aliq̄nto dispari ordine. nā illud qđ petierūt signū a dño đ celo. sup̄ memorauit. pꝰ illud đ muto miraculū. ⁊ non ibi retulit q̄d eis ad hoc dominus respondisset. sed postea cum turbe concurrissent. dicit hoc fuisse responsum eis. quos dat intelligi superius asse commemoratos ꝙ de celo signum querebant. & hoc annectit posteaq̄m interposuit de muliere que dxit domino beatꝰ vēter qui te portauit. hanc autem mulierem interponit cum de sermone domini commemorasset. ꝙ spiritus inmundus exiēs ab homine redit & inuenit mundatam domum. Post mulierem ergo illam cum diceret responsum esse turbis de signo quod de celo querebant interposita similitudine ione prophete. deinde continuato sermone ipsius domini commemorat dictum de regina austri & de niniuitis. Ita aliquid potius ꝑmemorauit qđ matheꝰ tacuit. q̄m aliq̄d pret̄misit eorū que hoc loco ille narrauit. q̄s aūt non videat superfluo queri quo illa ordine dominus dixerit cum & hoc discere debeamꝰ

per euangelistaz excellentissimam auctoritatē non esse men-
dacium si quisqm non hoc ordine cuiqm sermonem dige-
serit·quo ille a quo processit cum ipiq ordinis nihil interest
ad rem siue ita sit·aduc lucas productiorem hūc dñi sermonem
indicat z in eo quedam commemorat·qlia matheus i sermo-
ne illo·qui est habitus in monte·que bis dicta intelligimus·
et ibi scilz & hic. Terminato aūt isto sermone in aliud pgit
lucas·in quo vtz rez gestaz ordinem seruarit incertum est·
ita enim connectit·& cū loquet̄ur rogauit eū q̄daz phariseus
vt prādet̄ apud se·nō aūt ait·cū hec loqueret̄ sed cū loquere-
tur·nam si dixisset·cū hec loqueretur necessario cogeret intel-
ligere hoc ordine non tantum a se fuisse narrata verū z a do
mino gesta.

Sequitur ergo mathez & dicit·aduc eo loquēte ad t̄
bas ecce mater eiq z fratres stabāt foris quer̄etes
loqui ei ⁊c·vsqz ad illud vbi ait·quicunqz enim fece
rit volūtatē patris mei q̄ i celis ē·ipe meq & frat̄ & soror z
mater ē·hoc sine dubio osequent̄ gestū intelligē debemus·p-
misit enī cū ad hoc narrandū trāsiret·aduc eo loquēte ad tur-
bas·q̄d ē aūt aduc·nisi illud qđ loq̄batur·nō enī dixit·z eo lo-
quente ad t̄bas·ecce mat̄ eiq & fratres·sed aduc eo loquente
cum dicit cogit intelligi hec loquente q̄ superius indicabat·
nam z marcq post illud qđ ꝺ plasphemia spiritq sancti quid
dominq dixerit retulit & veniunt inquit mater eiq z fratres·
pretermissis q̄busdam que in eodem textu sermonis domini·
et matheus prolixius marco.& lucas prolixius matheo posu-
erunt·lucas aūt nō huiq rei geste ordinem tenuit·sz preocupa-
uit hoc·& preocupatū añ narrauit·deniqz hoc sic interposuit·
vbi solutum appareat a nexu & superiorum z posteriorum·
post ꝫmemoratas enī q̄sdam pabolas domini ita hoc de ma-
tre & fratribq eiq recordatū intposuit·Venerūt aūt ad illū
inquit mater & fratres eius & non poterant ad eum adire p
turba· non expressit quando ad eum venerint·rursus cum &
hinc transit ita loq̄tur·factum est aūt inquit i vna diez & ipe
ascēdit i nauiculā·& discipuli eiq·et hic vtiqz cū dicit factū ē
in vna diez satis indicat nō necesse esse vt hec dies intelligat̄
in qua hoc gestū vel illa q̄ continuo sequit̄·nihil itaqz habet

repugnātie cū ceteris duobus·quod matheus de matre ⁊ fratribus dñi narrat · neq; in verbis domini·neq; in ipso ordine rerum gestarum.

Sequitur matheus·in illo die exiens ihs de domo sedebat secꝰ mare·& congregate sunt ad eū t̄be multe · ita vt in nauiculam ascendēs sedēt·⁊ omnis t̄ba stabat in litore·et locutꝰ ē eis ml̄ta ī pabolis dicēs ⁊c·vsq; ad illud vbi ait·ideo omis scribadoctꝰ i regno celoꝝ similis ē homini patrisfamilias qui p̄fert ð thesauro suo noua & vetera · pꝰ illud qð narratū ē ð matre & fratribꝰ dñi· hoc continuo gestum esse·& eū ordinē matheū etiam ī narrando tenuisse· ea res insinuat·qa cū illinc trāsiret ita cōnexuit vt dicēt ·ī illo die exiens ihs ð domo sedebat secꝰ mare & congregate sunt ad eū t̄be ml̄te·cū enī dicit ī illo die nisi forte dies more scripturaꝝ tēpꝰ significet· satis indicat vt hoc osequenter gestū· aut non multa interponi potuisse·maxime qa & marcꝰ eūdē ordinē tenet·lucas aūt pꝰ illud qð narrat de matre·⁊ fratribꝰ dñi ī aliud trāsit ·nec eo trāsitu connexionem aliquā facit·qua huic ordini repugnare videat·omniū ḡ boꝝ que matheus dominum locutū esse narrauit·que cum illo dixerūt marcus & lucas non habent repugnantie questionem·que autem ipe solus dixit multo magis sine controuersia sunt·nec in ipso ordine·qm̄uis aliqñto diuersum alius alium teneat partim gestarum partim recordationis sue·video quid vl̄ cui quisq; adu̇ersetur.

de templo cum enim dicit ⁊ relictis illis abiit foras quibus
relictis intelligi poterit nisi cū quibus superiꝰ loquebat indi=
gnantibus ꝙ pueri clamarent osāna filio dauid ptermisit er=
go marcꝰ ꝙ primo die factū est cum intrauit in templum &
recordatum interposuit cum dixisset ꝙ non inuenerit aliquid
in ficulnea pter folia qđ secundo die factum ē sicut ambo te
stant miratos aūt discipꝰos ꝙ arbor aruerit ⁊ eis dñs rndisse
đ fide & de monte in mare transferēdo nō in ipo secūdo die
quo dixit arbori iam non amplius ineternum quisq̄m ex te
fructum manducet sed tercio die dicit ipso quippe die com=
memorauit scđo idem marcꝰ de templo eiectos vendētes qđ
primo die factum ptermiserat ipso ergo scđo die dicit facta
vespa egressum de ciuitate & cū mane transiret vidisse disci=
pulos ficum aridam factam a radicibus & recordatū petrū
dixisse ei rabi ecce ficꝰ cui maledixisti aruit tunc eum de po=
tētia fidei respondisse mattheꝰ aūt tāq̄m scđo die hoc totum
factum sit id est & dictū arbori nunqm̄ ex te fructꝰ nascatur
insempitnum & arefactam esse cōtinuo & videntibꝰ hoc di=
scipulis atq; mirantibꝰ illud de virtute fidei fuisse respōsū
vnde intelligit marcum quidem scđo die commemorasse qđ
primo die factū ptermiserat de templo scilicz eiectos vendē
tes & emētes matheus vero cum memorasset qđ altero die
factū ē de arbore maledicta qñdo mane reuertabat a betha
nia in ciuitatē ptermisit ea q̄ marcꝰ memorauit venisse illū
in ciuitatem & vespe exisse & mane cum trāsirēt discipulos
arborem aridā fuisse miratos ⁊ ei qđ scđo die gestū erat quo
arbor maledicta est adiūxit illud qđ tercio die gestū est eius
aridita tē miratos esse discipulos & de potentia fidei a dño
audisse sic ea iungens vt nisi ex marci narratione cogamur
intendere vbi & quid matheus pretmiserit non possit agno=
sci. Cū ergo dixisset matheus ⁊ relictis illis abiit foras ex
ciuitatem in bethaniam ibiq; mansit mane aūt reuertens in
ciuitatem esuriit & videns ficī arborē vnam secus viā venit

ad eam ·& nichil inuenit nisi folia tantum· & ait illi·nunqm̃
ex te nascatur fructꝰ in sempiternum ·⁊ arefacta est continuo
ficulnea·pretermissis ceteris ad eũdē diē pertinentibus·adiũ-
xit statim ·& videntes discipuli mirati sunt dicentes·quomō
continuo aruit·qđ alio die viderunt alio die mirati sũt ·Intelli
gitur aũt non tunc aruisse qñ viderunt·sed continuo quando
maledicta est neq̄ enī arescētē sed penitus arefactā viderunt
ac sic eam continuo in verbo domini aruisse intellexerunt.

Sequitur matheus & dicit·& cum venisset in tēplũ
accesserunt ad eum docentem·principes sacerdotum
seniores populi dicentes·in qua potestate hec facis·
& quis tibi dedit hanc potestatem? respondens ihs dixit·in-
terrogabo vos ⁊ ego vnũ sermonem·quem si dixeritis mihi ·
& ego vobis dicam ·in qua potestate hec faciam · batismum
iohannis vnde erat? ⁊c·vsq̄ ad illud vbi ait·nec ego vobis di-
co in qua potestate hec facio· Hoc totũ & alii duo marcus&
lucas totidem pene verbis explicauerũt·nec in ordine in terse
videntur aliquid discrepare · nisi vnde supiꝰ locutus sum ·q̄
ptermissis quibusdam matheus ad alterum diem ptinenti ⁊
bꝰ·ita cõtexit narrationē·vt nisi aduertaṫ possit ipm credi in
secundo die aduc uersari·marcum aũt in tercio·lucas uero nõ
q̃si ex ordine dies psequens hoc subiunxit · sed cum omemo-
rasset·electos de templo ementes & vendentes ptermisit q̄
exibat in bethaniam & regrediebatur ī ciuitatem · & quod
de ficulnea factum est ·⁊ qđ mirātibꝰ discipulis de fidei vir-
tute responsum est·atq̄ bis ptermissis intulit dicens & erat
docēs quottidie in tēplo. Principes autē sacerdotum·⁊ scribe
& principes plebis querebant illum perdere & nō inueiebāt
quid facerent illi· omnis enim populus suspensus erat audiēs
illum· & factum est in vna dieꝯ docente illo populũ ī tēplo
& euāgelizāte·ꝺuenerũt ꝑncipes sacerdotũ ⁊ scribe cũ seniori
bꝰ ⁊ aiũt dicētes ad illũ·dic nobis in qua ptate hec facis ⁊c·q
etiā duo illi ꝺmēorāt·vñ apparet nihil eis etiā ipo ordine repu
gnare·qñ id qđ dicit fctm ī una dieꝯ ea dies intelligaṫ in qua
id gestũ illi etiā retulerũt·

Sequitur matheus quid aũt vobis videtur · homo ha
bebat duos filios ⁊ accedens ad primũ dixit·fili vade

hodie operare in vineam meam ·ille aũt respondens ait no=
lo ·pẽa autem penitentia motꝰ abiit ·accedẽs aũt ad alterũ
dixit similit̃·at ille respondẽs ait·eo domine ·ꝛ nõ iit ꝛc̃·vsq;
ad illud vbi ait·& qui ceciderit sup lapidem istum confrin=
getur·sup quem vero ceciderit conteret eum·marcꝰ & lucas
non commemorant de duobus istis filiis quibus impatum ẽ
vt irẽt atq; opentur in vinea· sed qđ pꝰ hº narrat matheꝰ de
vinea que locata est agricolis qui persecuti sunt seruos mis=
sos ad se·ꝛ postea dilectum filium occiderũt·ꝛ eiecerunt ex=
tra vineam·etiã illi ambo nõ tacẽt eodẽ ordine custodito ·idẽ
posteaq̃m de baptismo iohannis interrogati iudei·se nescire
dixerũt & respondit eis·nec ego dico vobis in qua potestate
hec facio·nullius ergo hic repugnantie questio nascitur ·nisi
q; matheus cum dixisset q; dominꝰ interrogauerit iudeos ·cũ
venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis·illos respõ=
disse subiũgit·atq; dixisse·malos male pdet ꝛ vineam locabit
aliis agricolis·qui reddent ei fructum temporibꝰ suis ·quod
marcus non ab ipis dictum esse memorat·sed dominum hoc
consequenter locutum post interrogationem suam ipsum si=
bi quodamodo respondisse·ita enim dicit quid ergo faciet do
minus vineę? veniet ꝛ perdet colonos & dabit vineam aliis.
Sed facile potest intelligi· vel illorũ vocẽ ita subiunctam ut
non interponẽtur·illi dixerunt aut illi respondẽrũt·sed tamẽ
intelligeretur aut ideo responsionem istam domino pocius
attributam quia cum verum dixerunt etiam de illis hoc ipse
respondit qui veritus est. Sed illud magis mouet q; lucas
non solum eos hoc respondisse nõ dicit·hec etiam verba ipse
& sicut marcus domino attribuens·verum etiam contrariam
retulisse responsionem dicentes absit·ita enim narrat · quid
ergo faciet illis dominꝰ vinee veniet et perdet colonos istos
& vineam dabit aliis·quo audito dixerunt illi absit·ille autẽ
aspiciens eos ait·quid est ergo hoc qđ scriptum est lapidem
quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput angu
li·quomodo ergo secundum matheum illi quibus hec loque=
batur dixerunt·malos male perdet & vineam locabit aliis a=
gricolis qui reddent ei fructum temporibus suis ·cum scđm
lucam talibꝰ verbis contradixerint dicẽtes absit ·ꝛ reuera qđ

ſecutus dominus ait de lapide reprobato ab edificantibus & facto in capite anguli ita illatum est vt hoc teſtimonio conuincentur illi pabole contradicētes nam et ipſe matheꝰ hoc ſic ꝛmemorat dictum tanqm̃ contradicentibus cū ait nūqm legiſtis ī ſcripturis lapidem quem reprobauerunt edificātes hic factꝰ eſt in caput anguli quid eſt enim nūqm̃ legiſtis ni ſi quia hoc reſponderant quod eſſet contrarium hoc ꝛ marcus ſignificat qui hec ipa verba refert nec ſcripturā hāc legiſtis lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factꝰ eſt in caput anguli que ſentētia ſecundum lucam magis apparet loco ſuo dicta poſt illoꝝ contradictionem qui dixerunt abſit tantundem enim valet (ſicut hoc etiā ipſe ponit) quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt lapidem quē reprobauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli hanc enim ſententie volūtatē intimat ſiue nunqm̃ legiſtis ſiue nec hoc legiſtis ſiue q̄d eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt reſtat ergo vt intelligamus in plebe que audiebat quoſdam reſpondiſſe quod matheus commemorat dicens aiunt illi malos male perdet ꝛ vineam locabit aliis agricolis quoſdam vero illud quod lucas non tacuit hoc ē abſit his ergo qui illud domino reſponderant illi alii reſponderunt abſit ſed illorum reſponſio quibus illi retulerunt abſit propterea dño tributa ē ꝛ a marco & a luca quia ſicut dixi ꝙ eos ipſa veritas locuta ē ſiue ꝙ neſcientes ſi mali erant ſicut per cayphan q̄ neſciens quid dixerit cū eſſet pōtifex prophetauit ſiue per ſcientes ac iam intelligentes atq credentes ibi enim erat etiam illa multitudo per quam iam erat impleta prophetia cum veniēte magna celebritate occurrens acclamarent benedictꝰ qui venit in nomine domini nec moueat q̄ idem matheus pncipes ſacerdotū & ſeniores populi dixit acceſſiſſe ad dñm & q̄ſiuiſſe ī qua poteſtate hec faceret ꝛ q̄s ei dederit hāc poteſtatē q̄ndo eos de baptiſmo iohānis viciſſim introgauit vñ eſſet ꝺ celo an ex hominibus q̄bꝰ reſpōdētibꝰ q̄ neſcirēt ait nec ego dico vobis ī qua poteſtate hec facio inde enim ſecutus eſt contextim loquendo ꝛ ait q̄d autē vobis videt homo habebat duos filios ꝛc ſñ vlla cꝰ q̄m rei vl̄ pſone int̄poſitione ſcd̄m matheū ſermo contexitur vſq ad hoc q̄ de locata agricolis vinea cōmemoratur pt̄ eni

putari omnia eum principibus ſacerdotū ⁊ ſenioribꝰ populi
locutum fuiſſe ·a quibus fuerat ꝺ ſua poteſtate interrogatus
quia vtiqꝫ ſi temtantes ⁊ inimici queſiuerant nō i eis poſſunt
intelligi q̓ crediderant atqꝫ illꝺ clarum ex ꝓpheta teſtimoni
um ꝓhibuerant domino·q̓ etiaꝫ modo rn̄dere potuiſſent non
neſciētes ſꝫ credentes·malos male perdet·& vineam locabit
aliis agricolis·Hoc omnino mouere nō debet·vt iō putemus
nō fuiſſe credētes i illa mꝫtitudie q̄ tūc dn̄i ꝓpabolas audiebat·
tacuit nāqꝫ idē mattheꝰ breuitatis cauſa qꝺ lucas nō tacet pa
bolam iſtā ſcilicꝫ nō ad eos ſolos dictā q̓ ꝺ ꝑtate introgaue=
rant·ſꝫ ad plebem ſic enim ait·cepit aūt dicē ad plebē ꝓpabolā
hāc·homo plātauit vineā ⁊c̄ ·in hac ꝯ plebe intelligēdū ē etiā
illos eſſe potuiſſe q̓ ſic eū audirēt quomō vt dixerāt·benedictꝰ
q̓ venit i nomine dn̄i·& ipos vel ex ipis fuiſſe q̓ reſponderūt
malos male ꝓdet·& vineā locabit aliis agricolis·quoꝝ reſon
ſionē nō ſolū propterea dn̄o tribuerunt marcꝰ & lucas·ꝙ hoc
ipſe dixiſſet· quia veritas ē que etiaꝫ ꝑ malos atqꝫ neſcientes
ſepe loq̓tur·ocultu quodam inſtinctu mentē hominis mouēs
nō ſanctitatis illiꝰ merito ſed iure ꝓprie poteſtatis·verūetiā
quia tales eſſe potuerūt·vt non fruſtra in ipſo corpore domi=
ni·iam ſicut mēbra deputarentur vt merito eoꝝ vox illi tri=
bueretur cuius membra erant qui iā baptiſauerat plures q̄m
iohannes·&·habebat turbas diſcipulorum ſicut ipi euāgeli=
ſte ſepe teſtātur·⁊ vnde erant etiā illi qn̄genti fratres quibꝰ
eum apoſtolus paulus poſt reſurrectionem p̄ſentatum eſſe cō
memorat·preſertim quia ſcdm eūdē matheum ·non ita dictū
eſt·aiūt illi·malos male ꝓdet·vt i eo ꝙ poſitū eſt illi·pluralis
nūs accipiendus ſit·tāq̄m eorū fuerit iſta rn̄ſio ·qui eū de ſua
poteſtate dolere introgauerāt ·ſed aiūt ill dictū eſt id eſt illi
dn̄o·ſingulari ꝓnomine nō plurali·qꝺ in codicibꝰ grecis ſine
vllo ſcrupulo ambiguitatis apparet·eſt quidem ſermo domi=
ni apud euangeliſtā iohānem vbi hoc quod dico facilꝫ poſſit
intelligi·Dicebat ꝯ inq̓t ieſus ad eos·q̓ crediderūt ei iudeos·
ſi vos permanſeritis in ſermone meo veri diſcipuli mei eri=
tis·⁊ cognoſcetis veritatē·⁊ veritas liberabit vos·& reſpon=
derūt ei·ſemen abrahe ſumus & nemini ſeruiuimus vnq̄m ·
quomō tu dicis liberi eritis? reſpondit eis ieſꝰ ·amen amen

dico vobis quia omnis qui facit peccatum seruꝰ est peccati.
Seruus aūt nō manet in domo ineternum·filius autē manet
ineternum·si ergo vos filius liberauit veri liberi eritis·scio
quia filii abrahe estis·sꝫ queritis me interficere·quia sermo
meus nō capit in vobis. Nō vtiq; illis diceret·queritis me in
terficere qui ī eū iā crediderāt·quibꝰ dixerat·si vos man=
seritis in sermone meo vere discipuli mei eritis·sꝫ quia hoc
ad eos dixerat qui iā in eū crediderāt· ea vero mꝫtitudo pñs
erat que plures habebat inimicos etiam nō exꝑmente euā=
gelista qui essent q̄ respōderunt·ex hoc ipso qđ respondērūt·
ꝛ qđ deinde ab illo audire meruerūt·satis apparet q̄ verba q̄=
bus sint tribuēda personis·sicut ergo in hac mꝫtitudine scōm
iohannem erāt q̄ iam crediderāt ī ihm·erant etiam qui eum
occidere querebant·sic in illa de qua nūc loquimur·erant qui
dolose dominum interrogabant·ī qua potestate illa faceret·
erant etiam qui non dolose sed fideliter acclamauerant·bene=
dictus qui venit in nomine domini·ac per hoc erāt qui dice=
rent·perdet illos·ꝛ vineam suam dabit aliis·q̄ vox recte etiā
ipius domini fuisse intelligiť·siue ꝓpter veritatē·siue propt̄
membroꝝ eius cum suo capite vnitatem·erant etiam qui ta=
lia respondentibꝰ dicerēt absit·quia intelligebant in seipsos
esse ꝓbolam dictam.

Sequitur matheus·& cum audissent principes sacer=
dotum ꝛ pharisei ꝓbolas eiꝰ·cognouerūt ꝙ de ipis
diceret & querentes eum tenere timuerunt turbas·
quoniam sicut prophetam eum habebant·& respondēs iheſꝰ
dixit iteꝝ in ꝓbolis eis dicēs. Simile factū ē regnum celorū
homini regi qui fecit nuptias filio suo·& misit seruos suos
vocare inuitatos ad nuptias·ꝛ nolebāt venire ꝛc·vsq; ad illud
vbi ait. Multi enim sunt vocati·pauci vero electi. Parabolā
istā ꝫ inuitatis ad nuptias solꝰ matheꝰ narrat·simile q̄dam
etiaꝫ lucas ꝫmemorat·sed nō ē hoc·sicut ꝛ ordo ipe indicat·
q̄muis & illud non nullam similitudinem gerat. Q̄ vero pꝰ
illam ꝓbolam de vinea & occiso filio patrisfamilias subne=
ctit matheus cognouisse iudeos ꝙ in eos totū dictum fuerit·
ꝛ insidias cepisse moliri·hoc etiam marcus lucasq; testātur·
eundem ordinē retinentes·sed inde ipi pergunt ī aliud ex hoc

subiungentes qđ ⁊ matheus post istam quā solus interposuit de nuptiis parabolam ex ordine inseruit.

Sequitur ergo matheus tunc abeuntes pharisei consilium inierunt vt caperent eū in sermone & mittūt ei discipulos suos cum herodianis dicentes magist scimus quia verax es & viam dei in veritate doces & non ē tibi cura de aliquo non enim respicis pſonā hominum dic ergo nobis quid tibi videt licet censum dare cesari an non ⁊c vsq ad illud vbi ait ⁊ audientes turbe mirabantur in doctrina eius hec duo domini responsa vnū de nummo propter tributum reddendum cesari alterum de resurrectione propter illam mulierem que septem sibimet succedentibus fratribus nupserat marcus ⁊ lucas similit narrant nec ordine aliquid discrepant post pabolam quippe illā de conductoribus vinee & de iudeis in quos dicta est insidias pparantibus que oms tres omemorauerūt ptermittūt hii duo marcus & lucas pabolam de inuitatis ad nuptias quā solꝰ matheꝰ intposuit & cū illo iā secūtur narrātes hec duo de tributo cesaris & de muliere septem singillatim virorꝫ eodem priorſꝰ ordine sine aliqua repugnātie questione.

Sequitur ergo matheus ⁊ dicit pharisei autem audiētes ꝙ silentiū imposuisset saduceis ouenerūt inunū & interrogauit eum vnus ex eis legisdoctor temtās eum. Magister quod est mādatum magnum i lege ait illi ihs diliges dñm deū tuū in toto corde tuo ⁊ i tota anima tua ⁊ in tota mēte tua hoc est maximū & primū mādatum scđm autē simile est huic diliges proximū tuū sicut te ipm in his duobꝰ mādatis tota lex pendet & ppbete hoc & marcus omemorat eundem ordinem seruās nec moueat quod matheꝰ dicit temtantē fuisse illum a quo dominus introgatus ē marcꝰ aūt hoc tacet & i fine ita concludit ꝙ ei dominus sapiēter respōdēti dixerit. Non lōge es a regno dei fieri enim potest vt q̄muis temtans accesserit domini tamē responsione correctus sit aut certe ipsam temtationem non accipiamus malam tanq̄m decipere volentis inimicum ſꝫ cautam potius tanq̄m experiri amplius volētis ignotum nec enim frustra scriptum est qui facile credit leuis corde memorabitur lucas autē nō hoc

ordine sed longe alibi tale aliquid interponit · Vtrū autem
hoc recordetur an alius ille sit cum quo similiter de duobus
p̄ceptis istis dominus egerit·prorsus incertum est· hinc aūt
etiam recte videtur alius esse·non solum ꝓpter ordinis mul-
tam differentiam·sed quia etiam ipe dicitur respondisse dño
interroganti·⁊ i sua respōsione ꝫmemorasse duo ista precepta·
& cum ei dixisset domin9·hoc fac ⁊ vives·vt illud faceret·qđ
magnum esse in lege ipse respōderat·secutus euāgelista ait ·
ille autem volēs se iustificare dixit ·& quis est mihi ꝓxim9
tunc dñs narrauit de illo qui descēdebat ab iherusalē i iericho
& incidit i latrones·vnde quia ⁊ temtans predictus ē ⁊ duo
precepta ipse respondit ⁊ post admonitionem domini dicē-
tis·hoc fac & vives·nō bonus commendatur cū dicitur de eo
ille autem volens se iustificare·iste autem quem pari ordine
matheus marcusq3 commemorant tam bene commendatus ē
vt ei diceret dominus·nō lōge es a regno dei·probabili9 cre
ditur·hunc alium esse·nō illum.

Sequitur matheus·congregatis autem phariseis intro-
gauit eos ihesus dicens. Quid vobis videtur de cri
sto cuius filius est? dicunt ei dauid·ait illis·quomō
ergo dauid i spiritu vocat eum dominū dicens ·dixit domin9
domino meo sede a dextris meis·donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum·si ergo dauid vocat eum dominum
quomodo filius eius ē·& nemo poterat respōdē ei verbū·neq3
ausus fuit quisq̄m ex illa die eum ampli9 interrogare·hoc cō
sequenter & eodem ordine marcus quoq3 commemorat ·lu-
cas etiam tantumodo de illo tacet qui interrogauit dominū·
quod esset mandatum primum in lege·hoc autem pretermis
so eundē tn̄ etiam ipse ordinem seruat·& hoc de cristo·quo-
modo sit filiꝰ dauid quesiuisse a iudeis dominum pariter nar
rat·nec interest ad sententiam · quod secundum matheum
cum interrogasset ihesus·quid eis videatur de cristo cuius es-
set filius·illi respondērūt dauid·cum demum intulit quomo-
do autem eum dauid diceret dominum. Secundum illos aūt
duos marcum & lucam · nec interrogati esse ·nec respon-
disse inueniuntur ·intelligere enim debemus post eorum re-
sponsionem sententiam ipsius domini a duobus euangelistis



insinuatā quomodo ab illo dicta sit bis audientibus quos vo-
lebat suo magisterio vtilit informare & ab scribaꝝ alienare
doctrina qui de cristo illud solum sapiebant quomō secundū
carnem factus erat ex semine dauid·non eū aūt intelligebant
deum·ꝓpter quod erat dominus ipius dauid ·ideo tanq̄m de
illis errantibus domin̄ ad istos sermonem faciens·quos vo
lebat ab illoꝝ errore liberari · secūdū hos duos euangelistas
commemorat vt qđ illis dictum est quomodo dicitis sic ma-
theus narrat sic accipiat non tanq̄m ad illos sed tanq̄m de il-
lis ad eos pocius dct̄m sit quos volebat instruere.

Sequit mathe⁹ ita narratiōis ordinē tenēs. Tunc ihs
locut⁹ est ad turbas & discipulos suos dicēs·super
kathedram moysi sederūt scribi & pharisei·omnia
ergo quecūq; dixerint vobis seruate & facite·scd̄m vero ope-
ra eoꝝ nolite facere·dicūt enī ⁊ nō faciūt ·ꝛc̄·vsq; ad illud vbi
ait·nō me videbitis ammō donec dicatis ·benedict⁹ q̄ venit
in nomine domini .Similem sermonē habuisse dn̄m aduer-
sus phariseos ⁊ scribas legisq; doctores lucas q̄; ꝺmemorat ·
sed in domo c⁹dā pharisei qui eū vocauerat ad conuiuium ·
quod vt narraret digress⁹ erat a matheo circa illum locū vbi
ambo ꝺmemorauerāt·qđ dictū ē a domino de signo ione tri-
um diez & noctiū·& de regina austri·⁊ de niniuitis·& de
spiritu immundo qui redit & inuenit mundatā domū ·post
quem sermonē dicit mathe⁹ aduc eo loquēte ad turbas ·ecce
mater eius & fratres stabāt foris q̄rentes loqui ei·lucas aūt
in eo sermone domini ꝺmemoratis etiaꝝ quibusdā q̄ mathe⁹
dixisse dn̄m pret̄misit ·ab ordine quem cū matheo tenuerat
ita digredit ·& cum loq̄ret inquit·rogauit illū quidam pha-
riseus vt prandet apud se·& ingress⁹ domū recubuit·phari-
seus aūt cepit intra se reputās dicere·quare non baptisatus
esset añ prādium·⁊ ait dominus ad illum.Nūc vos phariseī
qđ deforis est calicis & catini mūdatis · atq; hinc iā cetera
in eos dē phariseos ⁊ scribas & legisdoctores talia dicit qua
lia matheus hoc loco quē nunc ꝺsiderandū suscepim⁹ q̄m̄q̄m
ergo ita ista matheus ꝺmemoret ·vt q̄muis domū illi⁹ pha-
risei nō nominet·non tamen locū exp̄mat vbi dicta sint quo
repugnet aliquid illi domui·tamen quia iam venerat domi⁹

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

in iherusalem a gallilea· ⁊ post eius aduentum ita superiora
vsq; ad hunc sermonem cōtexūtur vt probabiliter accipiant
i iherusalē gesta .Lucas autem illud narrat cum aduc domiꝯ
iter ageret in irl'm·videtur michi similes duo esse sermones·
quoꝝ vnū ille·alteꝝ iste narrauit .Sane cōsiderādum ē quo=
modo hic dictū sit·nō me videbitis ammodo donec dicatis·
benedictus qui venit i nomine domini·cum secūdū matheum
iam hoc dixerit·& lucas enim dicit hoc esse respōsū a domio
illis qui eum monuerant vt iret inde quōꝫ vellet eum hero=
des occidere·vbi etiaꝫ aduersꝯ ipam iherusalē ea prorsꝯ ver
ba ab illo esse dicta ꝺmemorat que hic matheus. Sic eniꝫ nar=
ratur scd̄m lucam i ipsa die accesserunt quidam phariseorum
dicētes illi exi ⁊ vade hic quia herodes vult te occidere·& ait
illis·ite dicite vulpi illi·ecce eicio demonia & sanitates pfi=
cio·hodie & cras ⁊ tercia die cōsummor·verūtamen oportet
me hodie & cras & seq̄nti ambulare q̄a nō capit ꝓphetā per
ire extra irl'm·irl'm irl'm q̄ occidis ꝓphetas et lapidas eos q̄
mittūtur ad te quotiēs volui congregare filios tuos quemad=
modum auis nidum suū sub pēnis & noluisti·ecce relinques
tur vobis domus vestra deserta ·dico autem vobis quia non
videbitis me donec veniat cū dicetis ·benedictus qui venit
in nomine domini. Narrationi q̄dē huic luce·nō videt aduer
sari quod turbe dixerūt domino veniēte ad iherusalem·bene
dictus qui venit i nomine domini·secūdū quippe luce ordinē
nō dum illuc venerat·⁊ nō dum dictū erat·sed quia nō dicit·
quo inde tūc abscesserit ·vt nō veniret nisi eo tēpore quo iā
illud diceretur· perseuerat quippe i itinere suo donec veniat
iherusalem·atq; illud qd̄ ait·ecce eicio demonia & sanitates
perficio·hodie & cras & tercia die cōsummor·mistice ab il=
lo effigurate dicta intelligimꝯ·neq; enī ea die passꝯ est·quiē
ab hoc die terciꝯ cum cōtinuo dicat·oportet me hodie ⁊ cras
& sequenti ambulare ·cogit profecto etiam illud mistī=
ce intelligi ·quod ait·non videbitis me donec veniat cum di=
cetis ·benedictus qui venit in nomine domini·de illo suo ad
ventu quo i claritate vēturus est hoc significans ·vt illud qd̄
ait eicio demonia & sanitates perficio hodie & cras & tercia
die consummor referatur ad corpus eius quod est ecclesia·

Expelluntur enim demonia·cum relictis paternis superstici-
onibꝰ credunt in eum gentes ·& perficiuntur sanitates·cum
scd̄m eius precepta viuitur ·posteaq̄m fuerit diabolo & huic
seculo renunciatū vsq; in finē resurrectionis·qua tanq̄m ter-
cia consummabitur·hoc est ad plenitudinem angelicam ꝓ cor
poris etiam immortalitatem ꝓficietur ecclesia. Qua ꝓpter or
do iste mathei nequaq̄m putandꝰ est in aliud aliquid esse di-
gressꝰ ·sed lucas magis intelligēdꝰ est· vel preoccupasse que
gesta sunt in irl'm ⁊ recordando interposuisse anteq̄m eiꝰ nar
ratio dn̄m perduceret i ierusalem ·aut eidem ciuitati iam pro
pinquantē talia respondisse monentibꝰ·vt caueret herodem·
q̄lia matheus eū dicit etiaz turbis locutū·cū iā peruenisset in
irl'm·atq; illa omnia iam peracta essent q̄ supra narrata sunt.

Sequitur matheus & dicit. Et egressus ihs de templo
ibat·& accesserūt ad eum discipuli eiꝰ·vt ostenderēt
ei edificationes templi. Ipse aūt respondens dixit il-
lis·videtis hec omnia. Amen dico vobis non relinquetur hic
lapis super lapidē qui non destruatur·marcus etiam omemo-
rat hoc eodem pene ordine ·post aliquantam digressionem ad
hoc factam ·vt commemoraret de iuda que misit duo minuta
in gazophilaciū ·quod cū eo lucas solus commemorat. Nam
etiam scd̄m marcum posteaq̄m illud dominꝰ egit cum iudeis
quomodo acciperēt xp̄m filium dauid·ea narrantur que dicit
de cauēdis phariseis & ypocrisi eoz. Quem locū matheꝰ la-
tissime ꝓsecutꝰ est·⁊ plura ibi dicta narrauit·atq; hic ideo pꝰ
eundem locum quem breuiter ꝓstrinxit marcus·⁊ copiose di
gessit matheꝰ·nihil amplius marcus intulit sicut dixi · qm̄ de
illa vidua pauprima & vberrima·ac deinde subiunxit ea qui-
bus matheo itez cohereꝫ dicēs ō templi futura euersione. Lu
cas quoq; post illud de cristo quomodo esset filiꝰ dauid·pau
ca de cauenda ipocrisi phariseoz commemorat·inde sicut mar
cus pergit ad viduā·que duo minuta in gazophilatium misit·
deiñ subiūgit de tēpli futura euersiōe qd̄ matheꝰ ⁊ marcꝰ se-
creto discipulis dn̄m interrogātibꝰ qd̄ signū sui aduētus esset

Sequitur matheus dicens Sedente autem eo super mō
tem oliueti·accesserunt ad eum discipuli secreto di-
centes. Dic nobis quando hec erūt·⁊ qd̄ signū aduētꝰ

tui·ꝛ consummationis seculi? Et respondēs ihesꝰ dixit eis·
Videte ne quis vos seducat·multi enim venient ím nomine
meo dicētes·ego sum cristꝰ ꝛ multos seducēt·ꝛc·vsq; ad illud
vbi ait. Et ibunt hi in suplicium eternum. Iusti autem ím vi-
tam eternam. Nunc iam istum plixum sermonem domi·se
cundum tres euangelistas·matheū marcum & lucam cōsidē-
mꝰ·eundem quippe tenentes ordinem pariter ista contexūt·
dicunt quidem hic aliqua etiam singuli ꝓpria·in quibꝰ nul-
la. st repugnantie metuēda suspicō·de his aūt que pariter di-
cunt·nec vbi sibimet aduersari putentur videndum est·neq;
enī dici potest si aliquid tale occurrerit aliud esse·atq; alibi a
domino similiter dictum·quando eodem loco reꝛ ac tempoꝛ
omnium triū uersaꝫ narratio. Sane q; earundem sententiaꝛ
a domino dictarum·nō eundē oms ordinem seruant·nihil ad
rem pertinet vel ímtelligendam·vel ímsinuandam·dum ea que
ab illo dicta referunꝫ non sibimet aduersentur. Q; ergo ma-
theus ait. Et predicabitur hoc euāgelium regni ím vniuerso or
be ím testimonium omnibꝰ gētibus·& tunc veniet consum-
matio. Etiam marcus eodem ordine ita commemorat. In om
nes gentes primum oportet predicari euangelium regni·nō
dixit·ꝛ tunc veniet consummatio·sed hoc significat quod ait
primum·id est & ím omnes gentes primū oportet predicari
euangelium·quia illi de fine ímterrogauerunt. Cū g̃ dicit p̃mū
oportet i oms gētes p̃dicari euāgeliū·significat vtiq; primum
añq̃m veniat consummatio. Item qđ matheus ait. Cum ergo
videritis abominationem desolationis · que dicta est a dani
ele prophēta stantem in loco sancto·qui legit ímtelligat · hoc
marcꝰ ita dicit. Cum aūt videritis abominatiōꝫ desolatiōis
stātē vbi nō debet qui legit ímtelligat·ím qua mutatōe verbi ex
posuit eādē sententiam ·ideo quippe vbi nō debet·quia ím lo
co sancto nō debet. Lucas aūt nō ait·cū videritis abominacōꝫ
desolacōis stātē i loco scto·aut vbi nō debet·sꝫ ait. Cū aūt vi-
deritis circundari ab exercitu ierusalē. Tunc scitote quia ap-
propínquabit desolatio eius · tunc g̃ erit abominatio desola-
tionis in loco sancto. Q; autem ait matheꝰ. Tunc qui ím iu-
dea sunt fugiant ad montes ·& qui in tecto non descendant
tollere aliquid de domo sua · & qui ím agro non reuertatur



tollere tunicā ſuam·totidem pene verbis hoc etiā marcꝰ com
memorat·lucas aūt·tunc qui in iudea ſunt inquit fugiant in
montes·hoc ſicut & illi duo·cetera vero aliter. Sequitur enī
& dicit·qui in medio eiꝰ diſcedant·& qui in regionibus non
intrent in eam·quia dies vltionis hi ſunt·vt impleantur om=
nia que ſcripta ſunt·ſatis diuerſum videtur quod illi dixerūt
& qui ſuper tectum non deſcendit tollere aliquid de domo·
& quod iſte dicit·ꝛ qui īm medio eiꝰ diſcedant·niſi forte q̄a
pertbacō tā magna erit·tā magno inſtāte ꝓiculo illis quos in
cluſiſſet obſidio quod ſignificat dicendo·qui in medio eius in
tecto erunt attoniti·ꝛ volētes videre quid impediat vel qua
euadendū ſit. Sed quomodo ait diſcedant· quando ſupra dixit
Cum autem videritis circundari ab exercitu ieruſalem. Nā
illud quod ſequitur qui in regionibꝰ non intrēt in eam·vide
tur ad congruam pertinere admonitionem·& poteſt obſerua
ri·vt qui extra ſunt·non in eam intrent·qui aūt ī medio·quo=
modo diſcedent ab exercitu iā ciuitate circundata·an hoc eſt
eſſe i medio eiꝰ pulcre dc̄m·qñ iā ita ꝓiculū vrgebit·vt tem
poraliter ad preſentem vitā tuendā non poſſit euadi·ꝛ quo=
niam tunc parata debet eſſe anima ac libera·nec carnalibꝰ de
ſideriis occupata & oppreſſa·hoc ſignificat qđ ab illis duobus
dictum eſt in tecto vel ſup̄ tectum·vt qđ iſte ait diſcedāt id
eſt non iā vite huiꝰ deſiderio capiātur ſz ī aliam vitā migrare
pati ſint·hoc illi duo dixerūt nō deſcendat tollē aliquid de
domo·id eſt nullo affectu inclinet in carnem tanqm̄ aliquid
inde cōmodi ꝓceturꝰ·ꝛ qđ iſte ait qui ī regionibꝰ nō intrēt
in eam·id eſt qui iā bono cordis ꝓpoſito extra illā facti ſūt
non eā rurſꝰ carnali cupiditate deſiderēt·hoc illi dixerūt·ꝛ q̄
in agro eſt non reuertatur retro tollē veſtimentum ſuum·tā
q̄m itez inuolui curis quibꝰ erat exutꝰ. Q vero ait matheꝰ·
orate aūt vt non fiet fuga veſtra hieme vel ſabato. Hinc mar
cꝰ partim dixit partim tacuit·Orate vero inquit vt hieme nō
fiant. Lucas hoc non dixit·ſed tamen dixit aliquid ſolꝰ quo
mihi videtur hanc ipſam que ab iſtis obſcure poſita eſt illu=
ſtraſſe ſententiam·ita enī ait·attendite autem in vobis ne fo
te grauent corda veſtra in crapula & ebrietate ꝛ curis huiꝰ
vite·& ſuperueniat in vos repentina dies illa·tanqm̄ laqueꝰ

enim superueniet in omnes qui sedent super faciem orbis terre. Vigilate itaq; omni tempore orantes·vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt·hec intelligitur fuga·quam matheꝰ commemorat que non debet fieri hieme vel sabato. Ad hiemem autem pertinent cure huius vite·quas lucas apperte posuit. Ad sabatū vero crapula & ebrietas. Cure q̄ppe vite tristes sunt velut hiems·crapula vero & ebrietas carnali leticia luxuriaq; cor submergit atq; obruit·quod malū sabati nomine propterea significatum est·quia iam hec erat sicuti & nūc iudeoꝝ est pessima ꝺsuetudo illo die deliciis affluē dū spiritale sabbatum ignorant·aut si aliquid aliud in illis secūdum matheum·⁊ marcum verbis intelligendum est·aliquid aliud etiam lucas dixerit·dum tñ nulla repugnantie questio moueatur·neq; enim nunc euangelia exponenda suscepimꝰ· sed falsitatis vl̄ fallacie calumniis defendenda·alia vero que in hoc sermone matheus posuit communia cum marco·nihil habent questionis·que autem cū luca non in hoc sermone lucas ea posuit cuius hinc ordo concordat·sed alibi talia vel recordatur atq; inferit preoccupando·vt prius commemoraret que post a domino dicta sunt·vl̄ bis a domino dicta facit intelligi·⁊ nunc secundum matheum ⁊ tunc sc̄m ipsum.

Sequitur matheus. Et factum est cum consummasset ihesus sermones hos oīs dixit discipulis suis·scitis quia post biduum pasca fiet ⁊ filius hominis tradetur vt crucifigatur. Huic attestantur alii duo·marcus ⁊ lucas·ab eodem ordine non recedentes · neq; enim hoc tanq̄m a domino dictum insinuant· hoc enim intimare pretermiserūt·ex sua tñ p̄sona ⁊ marcꝰ dixit. Erat aūt pasca ⁊ azima pꝰ biduū·⁊ lucas·appropinquabat aūt dies festꝰ azimoꝝ q̄ dicit pasca·sic & appropinquabat vt esset pꝰ biduū. sicut alii duo aptiꝰ ꝺsonant. Iohānes vero tribꝰ q̄dem locis ꝺmemorauit eiꝰ dē diei festi propinquitatē·cū alia q̄dā duobꝰ superioribus locis narraret . tercō aūt loco apparet eiꝰ narracō circa ipa verba pasce tpa·vbi hoc etiā illi tres intimāt·id ē inpēdentis iā dñice passiōis . Sz hoc videri pt̄ paꝝ diligent intuētibꝰ esse ōtriū·q; matheꝰ ⁊ marcꝰ p̄eaq̄m dixerūt pasca pꝰ biduū futuꝝ. deinde cōmemorauerunt q; erat ihs in bethania vbi de vngento illo



precioso dicitur. Iohannes autē ante sex dies pasce dicit ihm
venisse in bethaniam·de vngento eadem narraturꝰ·quomodo
ergo secundum illos duos post biduū futurū erat pasca·cum
posteaq̄m id dixerunt inueniantur cum iohanne in bethania
illud de vngento quod ipse narrantes ·tūc aūt ipe dicat post
sex dies futurum pasca. Sed qui ita mouent non intelligunt
matheum & marcū illud qđ i bethania de vngento factū erat
recapitulādo posuisse·nō post illā de biduo predicationem su=
am ·sed ante iam factum·cū aduc sex dies essent ad pasca ·nō
enim quisq̄ eoꝝ cum dixisset post biduū futuꝝ pasca sic adiū=
xit de illo facto in bethania vt diceret post hec·cum esset be
thanie·sed matheꝰ quidem ·cum aūt esset inquit ihesꝰ in be=
thania. Marcꝰ aūt·cum esset bethanie·qđ vtiq̄ intelligit· ꝛ
anteqm̄ illa dicentur que ante biduū pasce dcta sunt·sicut er
go ex iohānis narratione colligit·ante sex dies pasce venit in
bethaniam·ibi factum est illud conuiuium·vbi & vngento pre
cioso fit commemoratio·inde venit ieroſolimam sedens sup
asellum· deinde postea gerunt ea que narrāt post hūc adven =
tum eiꝰ ieroſolimis gesta. Ex illo ergo die quo venit i betha
niam atq̄ illud de vngento factum est vsq̄ ad diem quo ista
omnia gesta atq̄ dicta sunt. Intelligimus etiam euangelistis
non commemorātibus ꝺsumptum fuisse quadriduum vt oc=
curreret dies quem ante biduum pasce duo definierūt. Lucas
aūt cum ait·appropinquabat dies festꝰ azimoꝝ·non expressit
biduum·sed hanc propinquantem quā commemorauit·in ipso
interuallo bidui debemus accipere. Iohannes vero cum dicit
proximum erat pasca iudeoꝝ. non hoc biduum vult intelli =
gi·sed sex dies ante pasca. Proinde cū quedam pꝰ hoc dictum
commemorasset. Tunc iā volens ostendere qm̄ proximum fu
isse pasca dixisset. Ihesus ergo añ sex dies inquit pasce venit
in bethaniam·vbi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit ie
sus·fecerunt aūt ei cenam ibi·hoc illud est qđ commemorāt
recapitulātes matheus & marcus·cū iā dixissent post biduū
futuꝝ pasca·recapitulando ergo ad illum diem redeunt in be
thaniam·qui erat ante sex dies pasce·& narrant quod iohan=
nes de cena ꝛ vngēto·vnde venturꝰ erat ieroſolimam ꝛ pera
ctis illic que narrata sunt peruenturꝰ ad diem qui erat ante

biduum pasce·vnde isti digressi sunt vt recapitulādo comme
morarent·quod ante i bethania de vngēto gestum est · cuius
rei pacta narratione illuc itez redeunt vnde digressi fuerant
id est vt iam sermo dñi narraretur·quem habuit añ biduum
pasce·nam si tollamus ꝺ medio quod gestum ē in bethania di
grediētes ab ordine recolēdo & recapitulando nararunt ꝫ ip=
sum ordinem contexamus·ita sermo dirigitur secundum ma=
theum dicētem domino. Scitis quia pꝯ biduū pasca fiet· ꝫ fi
lius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati sūt
principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis
sacerdotū qui dicebatur caiphas· & consiliū fecerunt vt ihm
dolo tenerent & occiderēt .Dicebant aūt·non in die festo ne
forte tumultus fieret in populo. Tunc abiit vnꝯ ꝺ duodecim
qui dicitur iudas scarioth ad principes sacerdotum ·rc̄·Inter
illud enim quod dictum est ne tumultus fieret in populo.&
illud quod dictum est. Tunc abiit vnꝯ de duodecim qui dici
tur iudas interpositum est ꝫ illud de bethania quod recapitu
lando dixerunt ·quo nos pretermisso contexuimꝯ narrationem
vt insinueremus non repugnare ordinem tempoꝛ. Secundum
marcum autem eodē bethanie conuiuio (quod recapitulādo
ꝫ ipse interposuit)similiter pretmisso ita se ordo narrationis
tenet. Erat aūt pasca & azima post biduum·& querebant sū=
mi sacerdotes & scribe quomodo eum dolo tenerent & occi=
derēt. Dicebāt autem nō in die festo·ne forte tumultꝯ fieret
in populo·& iudas scarioth vnus ex duodecim abiit ad sum=
mos sacerdotes·vt proderet eum·rc̄·Etiā hic inter illud quod
dictum est·ne forte tumultus fieret populi·& illud quod ad=
iunximus· ꝫ iudas scarioth vnus ex duodecim·positum est il=
lud de bethania quod recapitulādo dixerūt ·lucas sane ipsam
rem gestam in bethania pretmisit. Hec diximꝯ propt sex dies
ante pasca·quod dixit iohannes cū in bethania rē gestam nar
raret·& biduum ante pasca·quod matheus marcusꝙ dixerūt
Cum post hoc a se dictum illud ipsum in bethania·quod io=
hannes commemoraret.

Sequitur ergo matheus ab eo loco vbi finem fecera=
mꝯ ꝺsiderande narracōis & dicit. Tunc ogregati sūt
principes sacerdotum & seniores populi in atrium



principis sacerdotum qui dicebatur caiphas·& consilium fe=
cerunt vt ihm dolo tenerēt & occiderent· dicebāt aūt non in
die festo·ne forte tumultꝰ fieret ī populo. Cum aūt esset ihs
in bethania ī domo simonis leprosi·accessit ad eum mulier ha
bens alabastrum vngenti pciosi·& effudit supꝑ caput ipius
recumbētis·ꝛc·vsqꝫ ad illud vbi ait·dicet·ꝫ ꝙ hec fecit in me
moriā eiꝰ. Nunc iā ō muliere atqꝫ vngēto pcioso qđ ī betha=
nia gestum est oſidemꝰ ·lucas enī q̄muis simile factum com=
memoret nomenqꝫ conueniat eius apud quē conuiuabat dns·
nam ꝫ ipsum simonē dicit ·tn̄ ꝙa nō est cōtra naturam·vel cō
tra morem hoim vt si potest unꝰ hō nomina habere duo·mlt=
tomagis possint ꝫ unum nomen habere duo hoies·potiꝰ cre=
dibile est alium fuisse illum simonem nō leꝑsum in cuiꝰ do=
mo hoc in bethania gerebatur·nam nec lucas ī bethania rem
gestam dicit quā narrat·& q̄muis nō commemoret ciuitatem
aut castellum ubi fc̄m sit·tn̄ nō uidetur ī eodem loco uersa=
ri eiꝰ narratio ·nihil itaqꝫ aliđ intelligēdū arbitror nisi nō q̄
dē aliam fuisse mulierē que peccatrix tūc accessit ad pedes ie=
su·& osculata est ꝫ lauit lacrimis & tersit capillis.& vnxit
vngento · cui dns adhibita similitudine de duobus debitori=
bus ait dimissa esse peccata multa · quoniam dilexit multū ·
sed eandem mariā bis hoc feciſſe·semel scilicꝫ qđ lucas narra
uit·cum primo accedens cum illa humilitate & lacrimis me
ruit peccatoꝝ remissionem. Nam ꝫ hoc iohānes q̄muis non
sicut lucas quēadmodum factum esset narrauerit. tamen ipāz
mariam commendans commemorauit·cum iam de lazaro re=
suscitādo cepisset loqui anteq̄m veniret in bethaniam. qđ ita
ibi narrat. Erat aūt ibi inquit quidam languens lazarus a be
thania de castello marie & marte sororis eius. Maria autem
erat que vnxit dominum vngento·ꝫ extersit pedes eius capil=
lis suis·cuius frater lazarus infirmabatur·hoc dicens iohan=
nes attestatur luce·qui hoc in domo phariſei cuiusdam simo=
nis fc̄m esse narrauit·iam itaqꝫ hoc maria fecerat·Quod aūt
in bethania rurſꝰ fecit· aliud est·quod ad luce narrationē nō
pertinet sed pariter narratur a tribus iohanne scilicet ma=
theo & marco. Inter illos igiſ tres matheum marcum & io=
hannem quemadmodum hoc cōueniat attendamus de q̄ibꝰ

L

non est dubium q̄ eandem rem narrent gestam in bethania· vbi etiaz discipuli quod oīns tres commemorant murmura= uerant aduersum mulierē tanqm̄ de perditiōe pretiosissimi vngenti. Q ergo matheus & marcus caput domini vngento illo perfusum dicunt·iohānes aūt pedes·regula illa ostendit non esse contrarium quam demonstrauimus·cū de quinq̄ pa= nibus pasceret turbas·ibi enim quia non defuit·qui & quin= quagenos & centenos discubuisse commemoraret ·cum alius quinq̄genos dixerit·non potuit videri contrarium ·potuisset aūt si alius centenos tantum posuisset·sicut alios quinq̄genos· & tamen debuit inueniri vtrunq̄ esse factum ·quo exemplo informari nos oportuit·sicut illic admonui ·etiam vbi singuli euāgeliste commemorāt vtrunq̄ factū intelligere . Proinde & hic non solum caput·sed & pedes domini accipiamus per fudisse mulierem·nisi forte quoniaz marcus fracto alabastro perfusum caput commemorat·tā quisq̄ absurdus & calum= niosus est vt aliquid in vase fracto neget remanere potuisse· vnde etiaz pedes perfunderet·sed cū iste otenderit sic esse fra ctū·vt nihil ibi residui fieret·nitēs aduersus veritatem euāge lii·qñto meliꝰ & religiosius otendet aliꝰ nō esse ita fractū vt totū efunderet·nitens p veritate euāgelii. Ille aūt calumnia tor·si tā ptinaciť cecꝰ est·vt euāgelistaz ocordiā de alabastro fracto frangę conet·. priꝰ accipiat perfusos pedes anteq̄m il lud fractū esset·vt i integro remanet·vnde etiaz caput perfū deretur·vbi fractura illa totum efunderet·a capite quippe no bis ordinate consuli agnoscimus · sed ordinate etiam nos a pedibus ad caput ascendimus · et cetera facti huius nullam michi videntur habere questionem·quod enim alii dicunt di scipulos murmurasse de vngenti efusione precioſi · iohannes autem iudam commemorat·& ideo quia fur erat·manifestū puto esse discipulorum nomine eūdem iudam significatum · locutione illa qua de philippo in quinque panibus insinua= uimus plurali numero pro singulari vsurpato · Potest eti= am intelligi q̄ & alii discipuli aut senserint · aut hoc dixe= rint · aut eis iuda dicente persuasum sit · atq̄ omnium vo= luntatem · matheus & marcus etiam verbis expresserunt · Sed iudas proptera dixerit·quia fur erat·ceteri vero propter

paupez curā·iohānem autem de ſolo illo commemorare volu
iſſe cuiꝰ ex hac ocaſiõe furādi ꝺſuetudinẽ credidit intimādā

Sequitur matheꝰ. Tunc abiit vnꝰ ꝺ duodecī q̄ dicitur
iudas ſcarioth ad principes ſacerdotum & ait illis
Quid vultis mihi dare & ego vobis eum tradam·at
illi conſtituerũt ei triginta argenteos·vſq; ad illud vbi ait·t
fecerũt diſcipuli ſic illis conſtituit ihs·& parauerũt paſca·ni
hil in hoc capitulo ꝺtrariũ putarī poteſt marco & luce ·qui
hoc idem ſimilit narrant. Q; enī dicit matheus·ite ī ciuitatẽ
ad quẽdā t dicite·magiſter dicit tempꝰ meum ꝓpe eſt apud
te facio paſca cum diſcipulis meis·eum ſignificat quem mar
cus & lucas dicunt patremfamilias·vl dn̄m domꝰ·ī qua eis
cenaculum demonſtratum eſt vbi pararent paſca . Q; ꝯ inter
poſuit matheus ad quẽdā tāquam ex perſona ſuo ſtudio·bre=
uitatis illum compẽdio voluit inſinuare· ſi enim diceret dixiſ
ſe dominum. Ite in ciuitatem & dicite ei·magiſter dicit tem
pus meum ꝓpe eſt apud te facio paſca·tāqm̄ ciuitati dicendũ
eſſet·accipet·ac per hoc nõ ex dn̄i cuius mandatum narrabat·
ſed ex ſua ꝑſona intposuit ad quendā iuſſiſſe dominũ vt irēt·
ne habet neceſſe totũ dicere·cũ hoc illi ad inſinuandam iubẽ
tis ſententiam ſufficere videtur·nā neminẽ ſic loq; vt dicat ·
ite ad quẽdā·q̄s neſciat ·ſi enim diceret ite ad quẽcũq; aut ad
quemlibet·poſſet eſſe integra locutio· ſed non eſſet certus hõ
ad quẽ mitterẽtur·cum eum certum oñdat·quāuis tacito eiꝰ
nomine marcus & lucas·ſciebat q̄ppe dn̄s ad quem mitteret
& vt eum etiā illi quos mittebat inuenire poſſent·p̄monuit
ꝙ indiciũ ſequerentur ꝺ homine geſtante aque legenam vel
amphorā vt eum ſecuti ad domũ quā volebāt venirent. Cum
itaq; non hic poſſet dici·ite ad quẽlibz·qꝺ integritas q̄dẽ lo=
cutionis admittit·ſz hoc loco rei huius q̄ inſinuabat veritas
non admittit qñtominus hic dici potuit·ite ad quendam qꝺ
omnino nũq̄m recta locutione dici potteſt·ſed plane diſcipu
los a dn̄o non ad quẽlibz ſed ad quendā hoiez id eſt ad certũ
aliquẽ miſſos eſſe manifeſtum eſt·qꝺ nobis ex perſona ſua re
cte potuit euāgeliſta narrare·vt diceret·miſit eos ad quẽdam
vt dicerent ei·apud te facio paſca·potuit etiā ſic·miſit eos ad
quendā dicens·ite dicite ei apud te facio paſca·ac per hoc cũ

verba dñi posuisset dicentis·ite in ciuitatem·intposuit ipe ad
qndā non quia dñs hoc dixerit·sz vt ipe nobis insinuaret taci
to nomine fuisse quēdam in ciuitate ad quē domini discipuli
mittebant vt prepararēt pasca.ac sic post hāc ex persona sua
interpositionem duum verboz sequitur ordinem verboz dñi
dicentis·z dicite ei·magister dicit.Iam enim si queras cui re
cte rndetur illi cuidā homini ad quē misisse insinuauit euāge
lista·cū ex persona sua intposuisset ad quēdam·& minus qdē
vsitata locutio·sed tn sic intelecta integerrima est·aut si habz
aliquid pprietatis hebrea lingua qua phibet scripsisse mathe
us vt etiam totū ex persona domini dictum locutionis integ
tate non careat viderint q nouerūt.Sane ita posset etiam la
tine dici si dicetur·ite i ciuitatem ad quēdam·quem vobis de
monstrauerit homo q vobis occurrerit lagenam aque portās
modo hoc iubēti sn ambiguitate posset obtemperari·velut eti
am si dicet·ite i ciuitatē ad quēdam q manet illo aut illo lo
co·in tali vel tali domo·cum expssione loci & designatione do
mus posset intelligi·posset fieri.His aūt atq huiusmodi cete
ris tacitis indiciis q dicit·ite ad quendam·z dicite ei·ideo nō
potest audiri qa certum aliquem vult intelligi·cum dicit ad
qndam·z non expmit quomō dinoscatur.Quod si ex persona
dictum euāgeliste illud interpositum acceperimus·erit qdem
necessitate breuitatis sbobscura locutio·sz tn integra.Qve
ro marcus lagenā dicit·quam lucas amphoram·ille vasis ge
nus·ille modum significauit·vterq veritatē sententie custo
diuit.

Sequitur matheus Vespe aūt facto discumbebat cum
duodecim discipulis·& edentibz illis dixit Amen di
co vobis qa vnus vestrū me tradituz est·z otristati
valde·ceperūt singuli dicere.Nunqd ego sum dne·zc·usq ad
illud vbi ait.Respondēs aūt iudas q tradidit eum dixit·nū e
qd ego sū rabi·ait illi·tu dixisti·in his q consideranda nunc p
posui mz nihil afferunt questionis etiam ceteri euangeliste
qui talia commemorant.

Explicit liber secundus sancti augustini d osensu euāgelistaz



Incipit liber tercius beati augustini de consensu euāgelistarū

Cum quoniā olim quatuor narratio in eo versat loco · i quo ne-
cesse est eos usq; in finē pariter ambulare · nec multū digredi
ab inuicem · sic vbi forte alius aliud cōmemorat quod alius p̄
termittit videtur michi expeditius nos demōstrare posse om
nium euāgelistarum conueniētiā · si ab hoc iā loco omniū om
nia cōtexamus et in unā narratiōz faciēq; digeramus Sic g̃ ar
bitror cōmodiꝰ facilius q; id qđ suscepimus explicari vt ag-
grediamur narratiōz omnia cōmemorātes cū eorū euāgelista-
rū attestatiōz qui ex his omibꝰ quisq; qđ potuit aut quod vo
luit cōmemorauit · vt tamen ab omnibꝰ hec omnia dicerent̄
que demonstrandum est in nullo sibi esse contraria.

Nunc igit̄ incipiamus secundū matheum. Cenātibus
autē eis accepit ihesus panē et benedixit ac fregit
deditq; discipulis suis · et ait Accipite et cōmedite
hoc est corpus meum · Hoc et marcus et lucasq; cōmemorāt
Quod enim lucas de calice bis commemorauit priꝰ añqm̄ pa
nem daret · deinde posteaqm̄ panē dedit illud quod supius di
xit p̄occupauit vt solet · illud vero quod ordine suo posuit nō
cōmemorauerat superius vtrūq; autē coniūctū hanc sniam fa
cit que et illorū est · iohannes autē hoc loco de corpore et sang
uine dñi nihil dixit sed plane alibi multo vberius hinc dñm
locutū esse testat̄. Nunc vero cū dñm a cena surrexisse et pe
des discipulorū lauisse cōmemorasset reddita etiā ratione cur
eis hoc fecerit · in q̃ dñs adhuc clause significauerat p̄ testimo
niū scripture ab eo se tradi qui manducaret eius panē · venit
ad hūc locū quē tres ceteri pariter insinuabāt. Cum hec dixis
set inquit iesus turbatus ē spiritu & ꝓtestatus est et dixit ·
amē amē dico uobis q̃a vnus ex uobis tradet me · aspiciebāt g̃
sic̄ idem ipe iohannes subnectit ad inuicē discipuli hesitātes
de quo dicēt et contristati sicut matheus et marcus dicūt · ce-
perūt ei singilatim dicē · nūquid ego · at ipse respondēs ait sic̄
matheus seq̃tur · q̃ intingit manū mecū in parapside hic me
tradet. Et seq̃tur idem matheus ita subnectēs · filius quidem
hois vadit sicut scriptū est de illo · ve autē homi illi p̄ quem
filius hominis tradet̄ · bonū erat ei si natus non fuiss̄ homo

ille·in his et marcus eodem etiam ordine consonat·Deinde
matheus subiūgit·respondēs aūt iudas qui tradidit eū dixit·
nūq̄d ego sum rabi? ait illi·tu dixisti· etiā hic nō expressum ē
vtrum ipse esset·p̄t enim aduc intelligi tanqm̄ non ego dixi·
potuit etiā hoc sic dici a iuda et a domino responderi vt non
omnes aduerterent·Deinde seq̄tur matheus·et inserit miste
rium corpis et sanguinis a domino discipulis datum sicut ⁊
marcus et lucas· sed cū tradidisset calicē rursus de traditore
suo locutus est·quod lucas prosequit dicens· verūtamē ecce
manus tradentis me mecū est in mensa· etquidē filius hois
secundū qđ definitū ē vadit·verūtn̄ ve homini illi p̄ quē tra
det. Hic iā intelligendū est illđ consequ·qđ iohannes narrat·
isti autē p̄termiserunt·sic iohannes quedā p̄etmisit q̄ illi di=
xerunt·cum ꝯ post traditū calicē dixisset dn̄s·qđ a luca positū
est·veruntamē ecce manꝰ tradentis me mecū est in mensa·
et cetera coniūgit illud secundū iohannem· erat ꝯ recumbēs
vnus ex discipulis eius in sinu iesu quē diligebat iesus·innuit
ergo huic simon petrus et dicit ei·quis est đ quo dicit·itaq̄
cum recubuisset ille supra pectus ihesu dicit ei·domine quis
est·respōdit iesus·ille est cui ego intinctū panem porrexero·
et cum intinxisset panem dedit iude simoni scarioth·et post
buccellam tūc introiuit in illum sathanas·hic videndum est
ne non solū luce qui iā dixerat intrasse sathanā in cor iude qn̄
pactus est cum iudeis vt eum accepta pecunia traderet· sed
etiā sibi ipse iohannes repugnare videat· qui iam dixerat su
pius anteqm̄ istā buccellam acciperet·et cena facta cū diabo
lus iā misisset in cor vt eum traderet iudas Quō enim intrat
in cor nisi immittēdo iniquas persuasiones cogitationibꝰ ini
quoꝝ·sed nunc intelligere debemus a diabolo iudam pleni=
us esse possessum sic otra in bono illi qui iā acceperāt spiritū
sanctum·quādo eis post resurrectionē insufflauit dicens acci
pite spiritū sanctum ·postea eum cum desuper missus esset
die pentecostes utiq̄ plenius acceperunt ·post buccellam tūc
introiuit in eum sathanas ⁊ sicut cōtextim iohannes ipse cō
memorat·dicit ei iesus·quod facis fac citiꝰ·hoc autem nemo
sciuit discumbentium ad quid ei dixerit·quidam enim puta=
bant quia loculos habebat iudas·quia dicit ei ihesus·eme ea

que opus sunt nobis ad diē festum aut egenis vt aliquid da ret. Cum ꝙ accepisset ille buccellā exiit continuo erat autem nox. Cum ꝙ exiisset dicit iesus nunc clarificatus est filius ho minis et deus clarificatus est in eo et deus clarificauit eum in semetipso et continuo clarificabit eum.

Filioli adhuc modicū vobiscū sū q̄ritis me ⁊ sicut di xi iudeis quo ego vado nō potestis venire & vob dico modo mandatum nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos et vos diligatis inuicē. i hoc cognoscēt omnes quia mei discipuli estis si dilectionem habueritis ad inuicem. dicit ei simon petrus domine quo vadis. respondit iesus quo ego vado non potes mō me sequi sequeris autē p9 ea. dicit ei petrus quare non possum sequi te modo animam meam pro te ponam. respondit iesus animā tuam pro me po nes amen amen dico tibi nō cantabit gallus donec ter me ne ges. Hoc de predicta negatione sua petro nō solus iohannes ex cuius euāgelio mō interposui sed et ceteri tres cōmemo rant. non sane omnes ex una eademq̄ occasione sermonis ad eam commemorandam veniūt. nam matheus et marcus pari p̄sus ordine et eodem narrationis sue loco eam subnectunt ambo. posteaqm̄ dominus egressus est ex illa domo vbi man ducauerunt pasca. lucas vero et iohannes antequā inde esset egressus Sed facile possum9 intelligere aut illos duos eam re capitulando posuisse aut istos p̄occupando. nisi magis moue ret ꝙ tam diuersa non tm̄ verba sed etiā sententias domini p̄mittūt quib9 p̄motus petrus illam p̄sumptionē proferret vel cum domino vel p̄ domino moriendi vt magis cogant in telligi vel ter eum exp̄sisse presumptiōez suam diuersis locis sermonis cristi et ter illi a domino respōsū ꝙ eum esset añ galli cantū ter negaturus. neq̄ enim incredibile est aliquātū disiunctis interuallis temporis petrū cōmotū esse ad p̄sum mendū sicut ad negandū vl̄ ei dominū aliquid ter similiter re spondisse quando quidē etiā contextim nullis aliis intpositis rebus aut verbis post resurrectionem ter illū iterrogauerit vtrū eū amet et ei ter hoc idem respondenti etiā ipse manda tum de pascendis ouibus suis vnū deniq̄ ter precepit. hoc autē esse credibilius ꝙ ter ostenderit p̄sumpcōnem suā petr9

L

de trina negatione sua ter a dño audierit ex ipis euangelistaꝝ
verbis quo a dño dicta diuerse ac diuersa cõmemorant sic pro
batur·ecce meminerimus quod nunc interposui ex euangelio
iohannis hoc certe dixerat· filioli adhuc modicũ vobiscũ sum·
queritis me · & sicut dixi iudeis · quo ego vado vos non pote=
stis venire·& vobis dico modo·mandatum nouum do vobis
vt diligatis inuicem sicut dilexi vos · & vos diligatis inui=
cem·in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis si dile
ctionez habueritis adinuicem·dixit ei simon petrus·domine
quo vadis · Nempe hic manifestũ est ex illis verbis motum
esse petrum vt diceret·domine quo vadis quia dicentem audi
erat quo ego vado nõ potestis venire·respondit iesus eidẽ pe=
tro·quo ego vado non potes me modo sequi· sequeris autem
ꝑ̃ea·tunc ille·quare non possum inquit seq̃ te mõ·animã me
am pro te ponam·huic presumptioni respõdit dominus futu=
ram eius negationem· lucas aũt cum cõmemorasset dixisse do
minũ simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sic̃ triti=
cum·ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua·et tu
aliqñ cõuersus confirma fratres tuos Tunc subiecit petrũ re
spondisse·domine tecũ paratus sum et in carcerem et in mor
tem ire·et ille dixit·dico tibi petre ·non cantabit hodie gallꝰ
donec ter neges nosse me ·qm̃ hoc aliud sit aliud illd̃·vnde pe
trus ad ꝑsumendũ ꝓmotus sit quis non videat . At vero ma=
theus·et imno dicto inquit exierũt in montẽ olueti·tunc di=
cit illis iesus·omnes vos scandalum patiemini in me in ista
nocte·scriptum est enim·percutiam pastorẽ et dispergentur
oues gregis postq̃m aũt surrexero precedam vos in galileam·
sic ꝑsus et marcꝰ·q̃ habet etiã hec verba vel sententiã similẽ
illis vel quibus scd̃m iohannẽ·vel quibꝰ scd̃m lucã petrus re
tulit presumpcõez suã·et hic ꝯ ita sequit̃ ·rñdens autẽ petrꝰ
ait illi·ꝛ si omnes scandalizati fuerint in te·ego nunqm̃ scan
dalizabor·ait illi iesus·amen dico tibi quia in hac nocte ante
q̃m gallus cantet·ter me negabis·ait illi petrus ·etiã si opor=
tuerit me mori tecũ non te negabo·similit̃ et omnes discipu
li dixerũt Hec pene ipis verbis etiã marcus commemorat·ni
si ꝯ non generaliter sed distinctius quemadmodũ futuꝝ essz
exp̃ssit dictũ a domino amen dico tibi quia tu hodie in nocte

hac priusq̃m bis gallus vocem dederit ter me es negaturus·
cum itaq; omnes dicant predixisse dominũ q; eũ petrus esset
negaturus anteq̃m gallus cantaret·non aũt omnes dicãt quo
tiens gallus cantaret marcus hoc solus narrauit exp̃sius·vn·
de non nullis videt̃ non congruere ceteris quia parum atten
dunt et maxime eorũ obnubilatur intentio·cum aduersus euã
geliũ anio induunt̃ hostili·tota en̄ petri negatio t̄na negacõ
ē·in eade3 nanq; p̄mansit trepidatione aī p̄positoq; menda·
cii donec admonitus quid ei predictũ sit amaro fletu et cor·
dis dolore sanaret̃·Hec aũt tota id est t̄na negacõ si p9 primũ
gallicantum inciperet falsum dixisse viderent̃ tres quor̄ ma
theus dixit·amen dico tibi quia hac nocte anteq̃m gallus can
tet ter me negabis·lucas aũt·dico tibi petre non cantabit ho
die gallus donec ter neges nosse me·iohannes aũt·amen am·
en dico tibi nõ cantabit gallus donec ter me neges·diũsis en̄
verbis et verbor̄ ordine eandem explicauerunt sentẽtiã dix·
isse dominũ·q; anteq̃m gallus cantaret eum petrus esset ne·
gaturus·rursus si totã trinã negationẽ ante peregisset q̃m can
tare gallus inciperet· supfluo dixisse marcus dep̄henderetur
ex p̄sona domini·amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac
priusq̃m gallo bis vocem dederit·ter me negaturus es. Quid
enim attinebat dicere priusq̃m bis·q̃ndo si ante primuz galli
cantũ tota illa trina negatio cõpleretur ·simul et ante secun
dũ·et ante terciũ ⁊ ante omnes gallicãtus eiusdẽ noctis com
pleta inueniret̃·q ante ipsum p̄mũ cõpleta p̄baret̃·sed q̄a añ
primũ gallicantum cepta est illa trina negatio·attenderunt
illi tres nõ q̃n eam cõpleturus esset petrus·sed quanta futura
esset ⁊ q̃n ceptura id est q̄a trina·et q̄a ante gallicãtũ·q̃mq̃m
i animo eius et ante p̄mũ gallicãtum tota possit intelligi·q̃m
uis enim verbis negantis ante primũ cepta·post secundum
autẽ gallicantum pacta sit tota illa trina negatio tamẽ affe·
ctõe animi et timore petri ante primũ tota cõcepta est ·nec
interest quantis morarum interuallis trina voce enunciata
sit·cum cor eius etiaz ante p̄mũ gallicantum tota possederit
tã magna scilicet formidine imbui ita vt possit domin̄ nõ so
lum semel sed iterum et tercio interogatus negare vt rectius
diligentiusq; attendentibus quomõ iã mechatus est mulierẽ

in cōrde ſuo qui eā viderit ad concupiſcendum·ſic petrus q̄n=
cunq; verbis ederet timorem quē tam vehement' animo con
cepat vt perdurare poſſet vſq; ad terciam domini negacōnez·
tota trina negacō ei tempi deputanda eſt·quando eum trine
negationis ſufficiens timor inuaſit ex quo etiaz ſi poſt primū
gallicantū inciperēt pulſato interogationibus pectore verba
illa negationis erumpere·nec ſic abſurde atq; mendaciter ana
te gallicantum ter negaſſe diceret · quando ante gallicantum
tantus timor obſederat mentē qui eā poſſet vſq; ad terciā ne=
gationem perducere·multo minus igitur moueri debet quia
trina negatio etiā trinis negantis vocibus ante gallicātū cep
ta et ſi nō ante primū gallicantū peracta eſt tā̄m ſi alicui di=
ceret hac nocte añ̄m gallus cantet ad me ſcribis epiſtulam·
in qua michi ter cōuiciaberis·nō vtiq; ſi eam ante omnē gal
licantum ſcribere inciperet·et poſt primum gallicantum fi=
niret·ideo dicendum erat falſum fuiſſe p̄dictum ℣ Marcus ℊ ō
ipſarum vocum interuallis planiꝰ elocutus eſt·qui dixit ex p
ſona domini· priuſq̄m bis gallus vocē dederit ter me es nega
turus· ita geſtum eſſe apparebit cum ad eūdem locū narrati
onis euāgelice venerimꝰ·vt etiā illic oſtendatur euāgeliſtas
ſibi cōgruē .Si aūt querūt ipſa omnino verba q̄ petro domi
nus dixerit·neq; inueniri p̄nt et ſupfluo querunt·cū ſententia
eiꝰ propter quā agnoſcendū verba ꝓferuntur etiā in diuerſis
euāgeliſtaꝝ verbis poſſit eſſe notiſſima·ſiue ℊ in diuerſis ſer=
monū domini locis cōmotus petrus ſingillatim ter enunci=
auerit preſumptionē ſuam·z ter ei dominus ſuam negationē
predixerit ſicut probabilius indagatur ſiue aliquo narrandi oz
dine poſſint omniū euāgeliſtaꝝ cōmemoratiōes inunū redigi
quibus demonſtret ſemel dominū p̄dixiſſe petro preſumenti
q; eum negaturus eſſet ·nulla hic euāgeliſtaꝝ repugnātia de=
prehendi poterit ſicut nulla eſt

Nunc vero quātum poſſumus ipſum ex omnibꝰ ordi=
nem iā ſequamur· Cum itaq; ſecundum iohannem
hoc petro p̄dictū eſſet .Sequitur idem iohannes et
conſerit domini ſermonē dicentis·Non turbet' cor veſtrum
creditis in deum·z in me credite·in domo patris mei manſio
nes multe ſunt et cetera ſermonis eius preclara maximeq;

ſublimia diu narrat donec contextim veniat ad illum locum
vbi ait dominus·pater iuſte et mundus te nō cognouit·ego
aūt te cognoui et hi cognouerūt q̄a tu me miſiſti·et notū feci
eis nomen tuū et notū faciam vt dilectio qua dilexiſti me in
ipſis ſit et ego in ipſis·Cum aūt facta eſſet contētio inter eos
quis eoꝝ videret eſſe maior·ſicut lucas cōmemorat·dixit eis·
reges gentiū dñant eoꝝ·et q̄ poteſtatē habēt ſuper eos bene=
fici vocant·vos aūt non ſic· ſed qui maior eſt in vobis fiat ſic
iunior·et qui p̄ceſſor eſt ſicut miniſtrator·nanq̄ quis maior
eſt qui recumbit an q̄ miniſtrat·nonne qui recūbit? ego aūt
in medio veſtrū ſum ſicut qui miniſtrat·vos aūt eſtis qui p=
manſiſtis mecum in temtationibus meis·et ego diſpono vo
bis ſicut diſpoſuit michi pater meus regnū vt edatis et biba
tis ſuper menſam meā in regno meo·et ſedeatis ſuper thro=
nos iudicātes duodecim tribꝰ iſrahel·Dixit aūt dominus ſimo
ni·ſicut lucas ipſe ſubiungit·ecce ſathanas expetiuit vos vt
cribraret ſicut triticū·ego aūt rogaui p̄o te ut non deficiat fi=
des tua·⁊ tu aliq̄n conuerſus confirma fratres tuos·Qui dix
it ei·domine tecum ꝑatus ſum et in carcerē⁊ in mortē ire·et
ille dixit·dico tibi petre non cantabit hodie gallus donec ter
abneges noſſe me·et dixit eis·quando miſi vos ſine ſaculo et
pera ⁊ calciamētis·nunq̄d aliq̄t defuit vobis? at illi dixerūt·
nihil·dixit ergo eis ſed nunc qui habet ſaculum tollat ſimilit
et perā· et qui non habet vendet tunicā ſuam et emat gladi
um·dico enim vobis quōꝫ aduc hoc qd̄ ſcriptum eſt oportet
impleri in me·et ꝙ cum iniuſtis deputatus eſt·etenim ea q̄
ſunt de me·finē habent·At illi dixerūt·domine ecce gladii
duo hic·at ille dixit eis·ſatis eſt·et imno dicto (ſicut mathe=
us marcuſq̄ cōmemorant) exierūt in montē oliueti·tūc dixit
illis ieſus·omēs vos ſcandalū patiemini in me in iſta nocte·
ſcriptū eſt enim percutiā paſtorē et diſpergent oues gregis·
poſtq̄ aūt reſurrexero p̄cedā vos in galileā·rñdens aūt petrꝰ
ait illi·et ſi omēs ſcandalizati fuerint in te·ego nunq̄m ſcāda=
lizabor·ait illi ihs·amē dico tibi q̄a in hac nocte añq̄m gallꝰ
cantet ter me negabis·ait illi petrus·etiam ſi oportuerit me
mori tecū non te negabo·ſimilit et omnes diſcipuli dixerūt·
hec ſecundū matheum inſeruimus·Sed et marci pene ipſa et

totidem verba sunt nisi quia distat illud quod de gallicautu
iam supra enodauimus

Contexit ꝙ narrationē matheus et dicit ¶. Tunc venit
iesus cū illis in villam q̄ dicit gethsemani· hoc di-
cit et marcus hoc et lucas nō expresse nominato pre-
dio cum ait·et egressus ibat secundū cōsuetudinē in montem
oliuaꝝ·secuti sunt aūt illū et discipuli·et cum peruenisset ad
locum dixit eis·orate ne intretis in tentationē·Iste locus est
cuius nomē illi dixerunt gethsemani ·ibi fuisse intelligimus
ortū quē cōmemorat iohannes ita narrās·Hec cum dixisset ie
sus egressus est cū discipulis suis trans torrētem cedron vbi
erat ortus in quē introiuit ipse et discipuli eiꝰ·Deinde scōm
matheū dixit discipulis·sedete hic donec vadā illuc et orem·
et assumpto petro ⁊ duobus filiis ẓebedei cepit contristari et
mestus esse·tunc ait illis·tristis ē ania mea vsq; ad mortē ·su
stinete hic et vigilate mecū·et progressus pusillum ꝓcidit in
faciē suam orans et dicens·Mi pater si possibile est transeat
a me calix iste ·verūtamē non sicut ego volo ·sed sic tu·et ve-
nit ad discipulos et inuenit eos dormientes·et dicit petro sic
non potuisti vna hora vigilare mecū. vigilate et orate vt non
intretis in temtationē·spiritus q̄dem promptus est·caro aūt
infirma. Iterū secūdo abiit et orauit dicēs·pater mi si nō po
test hic calix transire nisi bibā illum·fiat voluntas tua·et ve
nit iterū et inuenit eos dormientes ·erant enī oculi eoꝝ gra-
uati·⁊ relictis illis iterū abiit·et orauit tercio eundē sermonē
dicens ·Tunc venit ad discipulos suos et ait illis ·dormite iā
et requiescite ·ecce appropinquabit hora et filius homis tra
det in manus peccatoꝝ·surgite eamus ·ecce appropinquabit
qui me tradet. Hec etiam marcus eoq; prorsus modo atq; or-
dine conserit·aliquāto breuius quasdam constringens senten
tias·et aliquid magis apperiēs·naꝫ videtur hic sermo secun-
dum matheū tanq̄m sibiipsi contrarius sit·q; post terciā ora-
tionem venit ad discipulos suos et dicit illis·dormite iam et
requiescite·ecce appropinquabit hora et filius homis tradet
in manꝰ peccatoꝝ·surgite eamus·ecce appropinquabit q̄ me
tradet·Quō enī sup̄·dormite iā et req̄escite·cū cōnectat·ecce
appropinquabit hora·et ideo dicit·surgite eamus·quaꝫ velut

repugnantiã commoti qui legũt conantur ita pronunciare qđ dictũ est·dormite iã ⁊ requiescite·tanq̃m ab exprobrante nõ a permittente sit dictũ·qđ recte fieret si esset necesse. Cum vero marcus ita hoc cõmemorauerit vt cum dixisset dormite iã et requiescite adiũxerit·sufficit ⁊ deinde inferret·venit hora ecce tradetur filius hominis · vtiq; intelligitur post illud qđ eis dictum est·dormite et requiescite ·siluisse dominũ aliquã tum·vt hoc fiẽt quod p̃miserat ·et tunc intulisse·ecce approp̃inquabit hora ·Ideo post illa verba secundũ marcum positũ est·sufficit q; reqeuistis iã sufficit·id ẽ sed qa omemorata nõ est ipsa interpositio silencii domini·propterea coartat intellectũ vt in illis verbis alia p̃nunciatio requiratur. Lucas autem prętermisit quotiens orauerit·dixit sane quod isti tacuerunt et orantẽ ab angelo confortatum et prolixius orantis sudorem fuisse sanguinatum et guttas decurrẽtes in terrã·cũ q; dicit et cũ surrexisset ab oratione & venisset ad discipulos suos nõ exp̃sit quota oratione ·in nihilo tamẽ illis duob9 repugnat·Iohannes vero posteaq̃m in ortũ ingressũ dicit cũ discipulis suis non cõmemorat quid illic egerit donec eius traditor cum iudeis ad eum cõprehendendũ veniret· Tres igitur isti eãdem rem ita narrauerunt·sicuti etiã vnus homo ter posset cũ aliq̃ta varietate nulla tñ aduersitate. Lucas enĩ quantum ab eis progressus id est auulsus fuerit vt oraret manifestius apperuit dicens·quãtũ iactus est lapidis. Porro autem marcus p̃mo ex verbis suis idem narrauit rogasse dominum vt si fieri posset transiret ab eo illa hora id est passionis·quã calicis noie mox significauit·deinde verba ipsa domini sic enunciauit·abba pater·omnia tibi possibilia sunt transfer calicem hunc a me·quibus verbis si adiungas qđ illi duo dixerũt et quod ipse etiã marcus ex p̃sona sua pariter sup̃ posuit ita sententia manifestatur·pater si fieri potest omnia enim tibi possibilia sunt transfer calicem istum a me·et ne quis eum putaret patri minuisse potestatem cum ait· si fieri potest·nõ enim dixit·si facere potes·sed si fieri potest· fieri autẽ potest quod ille voluerit·sic itaq; dictum est si fieri potest·ac si decetur·si uis. Manifestauit enim marcus quo intellectu accipiendum sit si fieri potest ·qñ ait omnia tibi possibilia sunt· et

ꝙ commemorauerunt eum dixisse· verum non quod ego volo
sed quod tu·quod tantundē valet quantum si et ita dicatur·ve
runtamen non mea voluntas·sed tua fiat ·satis ostendit non
ex impossibilitate sed ex uoluntate patris dictum esse si fieri
potest·p̄sertim quia lucas et hoc ipsum planius intimauit·nō
enī ait·si fieri potest·sed si vis·cui appertiori sententie apper
tius iungitur quod marcus posuit·vt ita dicatur si vis·omnia
enim tibi possibilia sunt transfer a me calicem istum·qđ aūt
ipse marcus non solum pater sed abba pater eum dixisse cō=
memorat·hoc est abba hebraice· quod est latine pater·et fo=
tasse dominus propter aliquod sacramentū vtrūꝙ dixerit vo
lens ostēdere illam se tristitiā in persona sui corporis id est
ecclesie suscepisse·cui factꝙ est angularis lapis ·venientibꝙ ad
eum parti ex hebreis ad quos ptinet qđ ait abba·parti ex gē=
tibus ad quas pertinet quod ait pater ·etiā paulus apostolus
non p̄termittit hoc sacramentum · in quo clamamus inquit
abba pater·et iterū ait·misit deus spiritum suum in corda no
stra clamantē abba pater·oportuit enim vt bonus magister
et verus saluator infirmioribus compatiens in seipso demon
straret non debere suos martires desperare si qua forte cordi=
bus eorꝙ irreperet sub tempore passionis ex humana fragilita
te tristitia cum eā vincerent voluntati sue preponendo vo=
luntatem dei·quia ille scit quid impediat quibus consulit·de
qua tota re non nūc tempus est vt vberius disseratur·Agitur
enī modo de cōuenientia euāgelistarꝙ·in quorꝙ diuersitate ver
borꝙ salubriter discimus non aliud in verbis ad audiendā ve=
ritatem q̄m sententiā loquentis esse requirendā ·hoc est enim
pater quod abba pater·sed ad sacramentū intimandū planiꝙ
ē abba pater·ad unitatem significanda sufficit pater et domi=
num quidem abba pater dixisse credendum est·sed tamē non
eluceret sententia nisi aliis dicētibus pater demonstraret sic
esse illas duas ecclesias ex iudeis et grecis vt etiā vna sit·ex il
lo ꝙ intellectu dictū est abba pater qđ idē dominus alibi ait
habeo alias oues que non sunt de hoc ouili·gentes vtiꝙ signi
ficans cum haberet oues etiam in populo israhel ·sed quia se
cutus adiecit · oportet me & eas adducere vt sit vnus greꝝ et
vnus pastor·quātū valet ad israhelitas ⁊ gentes abba pater.

tantum ad vnum gregem solum pater

Adhuc ergo ipo loquente sicut dicit matheus & marcꝰ ecce iudas vnꝰ de duodecim venit & cū eo tba multa cū gladiis & fustibus missi a principibꝰ sacerdotū & senioribus populi. Qui autem tradidit eum dedit illis signū dicens quēcunqꝫ oscularꝰ fuero ipse est tenete eum & cōfestim accedens ad ihm dixit. Aue rabi & osculatus est eum dixitqꝫ illi primo qđ ait lucas iuda filium hominis osculo tradis. Deinde quod matheus ad qđ venisti amice deinde dixit quod iohannes commemorat quid queritis? responderunt iesum nazarenum dicit eis ihesus ego sum. Stabat aūt & iudas qui tradebat eum cum ipsis vt ḡ dixit eis ego sum abierunt retrorsum & ceciderunt in terram iteꝝ ḡ eos interrogauit quem queritis? illi aūt dixerunt iesum nazarenum respōdit iesus dixi vobis quia ego sum si ḡ me queritis sinite hos abire vt impleretur sermo quem dixit quia quos dedisti mihi non perdidi ex ipis quenqm̄. Videntes aūt sicut lucas dicit hii qui circa ipm erant qđ futuꝝ erat dixerunt ei domine si percutimus in gladio & percussit vnꝰ ex ipis (qđ omnes quatuor dicunt) seruum principis sacerdotum & amputauit auriculam eius sicut lucas & iohannes dicunt dexteram. Qui aūt percussit secundum iohannem petrꝰ erat quem percussit malchus vocabatur. Deinde quod lucas dicit respondens ihesus ait sinite vsqꝫ huc & adiunxit quod matheus commemorat conuerte gladium tuum in locum suum omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt an putas quia non possum rogare patrem meum & exhibebit mihi modo plusqm̄ duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo implebuntur scripture quia sic oportet fieri. His verbis adiungi potest qđ illum eo loco dixisse iohānes commemorat calicem quem dedit michi pater non bibam illum? Tunc sicut dixit lucas tetigit auriculam illiꝰ qui percussus erat & sanauit eū. Nec moueat quasi contrarium sit quod lucas dixit interrogātibus discipulis si percuterent in gladio dominum respondisse sinite vsqꝫ huc quasi post illam percussionem ita dictum fuerit vt placuerit ei vsqꝫ huc factum sed amplius fieri noluerit cū in verbis que matheꝰ posuit intelligatur potius totum fctm

q̄ vsus est gladio petrus·domino displicuisse. Illud enim ve-
rius est q̄ cū eum interrogassent dicentes. Domine si percuti
mus in gladio? tunc respondit·sinite vsq; huc·id est non vos
moueat quod futuꝝ est·permittendi sunt vsq; huc progredi·
hoc est vt me apprehendant vt impleantur que de me scripta
sunt. Sed inter moras verboꝝ interrogantiū dominum·ꝫ il-
lius respondentis · petrus defensionis auiditate. & maiore
pro domino commotione percussit· sed non potuerunt etiam
simul dici·que simul fieri potuerunt·non enim diceret·respō
dens aūt ihesus·nisi illoꝝ interrogationi responderet non fa-
cto petri·nā de facto petri q̄d indicauerit· matheꝰ solꝰ dicit·
vbi etiaꝫ nō dixit matheꝰ·respōdit ihesꝰ petro·ouerte gladi
um tuū·sed dixit·tūc ait illi ihesus·ouerte gladiū tuū·q̄ post
fctm apparet dixisse dñm ·illud vero q̄ lucas posuit· respon
dēs aūt ihs ait·sinite vsq; huc·illis qui interrogauerāt respon
sum esse·accipiēdū est·sed quia vt diximꝰ inter verba interrogā
tiū· ꝫ rndēt is dñi·facta ē vno ictu p̄cussio·hoc ordine iudica
uit esse narrandū·vt etiā inter verba interrogationis ꝫ respon
sionis eam inferret·non est ergo contrarium hoc ei·quod di-
xit matheus·omnes enim qui acceperint gladium gladio per
ibunt ·id est qui vsi fuerint gladio ·videri autem posset con-
trarium·si dominus ex illa respōsione saltim vsq; ad vnū nec
ipsum letale vulnus vsum tamē gladii spontaneum approbas
se demonstraret ·qm̄qm̄ etiā petro dictū totum congruenter
intelligi possit·vt sic connectatur·& quod lucas & quod ma-
theus retulit·quemadmodū supra commemorauī · sinite vsq;
huc ꝫ conuerte gladiū in locū suū · omnes enim q̄ acceperint
gladiū gladio peribūt ꝛc. Quomodo aūt sit intelligēdum·fini-
te vsq; huc·iam exposui·ꝫ si aliter melius potest ita sic dū ta-
men euāgelista ꝫ veritas ostet// Postea seq;tur matheꝰ ꝫ com
memorat eū i illa hora dixisse turbis· tāq̄m ad latronē existis
cum gladiis ꝫ fustibꝰ ꝓhendē me. quotidie apud vos sedebā
i tēplo docēs ꝫ nō me tenuistis. Tūc addidit etiā ūba q̄ lucas
ponit sed hec ē hora vestra & p̄tas tenebraꝫ// Hoc aūt totū fa
ctū est (sicut matheꝰ dicit) vt implerētur scripture ꝓphaꝫ.
Tūc discipuli cēs. relicto eo fugerunt·sicut & marcus dicit.
Sequebatur aūt illum vnus adolescens amictus sindone sicut

idem marcus commemorat·⁊ cum tenuissent eum·relecta sin
done nudus profugit ab eis. At illi tenentes iesum duxerũt
ad caiphan principẽ sacerdotum·vbi scribe ⁊ seniores cõuene
rant·sicut matheus dicit. Sed primum ad annã ductus est so
crũ caiphe·sicut iohannes dicit. Marcꝰ aũt & lucas nomen
nõ dicũt pontificis·ductꝰ est aũt ligatus cum adessent ĩ illa
turba tribunꝰ ⁊ choors & mĩistri iudeorum·sicut iohannes
commemorat. Petrus autem sequebatur eum alonge vsqꝫ ĩ
atrium principis sacerdotum·⁊ ĩgressus intro sedebat cũ mi
nistris vt videret finem sicut dicit matheꝰ·⁊ calefaciebat se
ad ignem·sicut in eo loco narrationis dicit marcus. Hoc ⁊ lu=
cas commemorat·ꝙ petrꝰ sequebaṫ alonge. Accẽso aũt igne
i medio atrio ⁊ circũsedentibus illis erat petrꝰ i medio eorꝫ
Et iohannes dicit·ꝙ sequebatur simon petrus·& alius disci
pulus. Discipulus aũt ille alius erat notus pontifici & ĩtro
iit cum ihu ĩ atrium pontificis·sicut iohannes dicit. Petrus
autẽ stabat ad hostium foris scdm eundem iohannem Exiitꝫ
alius discipulus qui erat notus pontifici & dixit ostiarie ⁊
ĩtroduxit petrum sicut idem iohannes dicit·sic enim factum
est vt ĩtus esset & petrus ĩ atrio sicut & alii dicunt. Princi
pes aũt sacerdotum & oĩe consilium (sicut matheus dicit)
querebant falsum testimoniũ contra ihesum·vt eũ morti tra
derent & non ĩuenerunt·cum multi falsi testes accessissent·
conueniẽtia enim testimonia non erant·sic marcꝰ dicit cum
eundem locum commemoraret. Nouissime aũt venerũt duo
falsi testes sicut dicit matheꝰ·⁊ dixerunt·hic dixit possum de
struẽ templũ dei·& post triduũ reedificare illud. Alios etiaꝫ
marcus commemorat dixisse. nos audiuimus eum dicentẽ·ego
dissoluam templum hoc manu factum·& pꝰ triduum aliud
non manu factum edificabo. & nõ erat conueniens testimoni
um illorꝫ·sicut idem marcus ibidẽ dicit. Et surgens princeps
sacerdotum ait illi·nichil respondes ad ea que isti aduersum
te testificantur·ihesus autem tacebat·& princeps sacerdo=
tum ait illi. Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis si tu
es christus filius dei viui· dicit illi ihesus·tu dixisti·hec ma=
theus. Marcus autem eadem aliis verbis dicit· nisi ꝙ tacet
ꝙ eum adiurauerit princeps sacerdotum, sed tantum valere

ostendit quod ei dicit ihesus·tu dixisti·quantum si diceret ego sum ¶ Sequitur enim vt ait idem marcus. Ihesus autem dixit illi ego sum·& videbitis filium hominis a dextris sedē tem virtutis·⁊ venientem ī nubibus celi·hoc dicit etiaz matheus·sed non dicit respondisse ihesū ego sum. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens plaspemauit quid aduc egemus testibus? quod matheus commemorat· & seq'tur·ecce nunc audistis·plasphemiam·quid vobis videtur. At illi respondentes dixerunt·reus est mortis. Hoc etiam testat & marcus. Et sequitur matheus ¶ Tunc expuerunt ī faciem eius ⁊ colaphis eum ceciderunt·alii aūt palmas ī faciem ei dederunt dicentes·prophetiza nobis criste quis est qui te percussit? hoc dicit & marcus·commemorat etiam ꝙ ei faciē velauerunt·de his lucas ꝙ̄ attestatur Hec intelligīt passus dñs vsq; ad mane ī domo principis sacerdotum quo prius adductꝰ est vbi etiā petrꝰ tētatꝰ ē·sz ⁊ petri tētationez· q̄ ī hās dñi otumelias facta est nō eodē ordine oīs narrant·nā ipsas primum commemorāt matheus & marcus ·deinde petri tētationem ¶ Lucas vero priꝰ explicat temtationem petri.tum demum has domini contumelias. Iohannes autē incipit petri temtationem dicere & interponit quedā de contumeliis domini·⁊ adiungit ꝙ ide missus est ad caiphan pontificem & inde recapitulat vt explicet quam ceperat temtationem petri ī domo quo primo adductus est.& redit ad ordinē vbi ostendat quemadmodum ductus sit dominus ad caiphan. Sic ergo matheus sequitur. Petrus vero sedebat foris ī atrio.& accessit ad eum vna ancilla dicens·& tu cum ihesu galileo eras. At ille negauit coram omnibus dicens·nescio quid dicis Exeunte autem illo ianuam vidit illū alia ·⁊ ait his qui erant ibi · & hic erat cum ihesu nazareno · & iterum negauit cum iuramento· quia non noui hominem· Et post pusillum accesserunt qui stabant · & dixerunt petro · vere tu ex illis es · nam & loquela tua manifestum te facit · Tunc cepit detestari & iurare · quia non nouisset hominem · & continuo gallus cantauit·hec dicit matheus .Intelligitur autem ꝙ postea qm̄ exiit foras cum iam semel negasset gallꝰ cantauit primū quod matheꝰ tacet. ⁊ marcꝰ dicit. non aūt foris ante ianuam



iterꝝ negauit·ſed eū rediſſet iterum ad forum. Quando aūt re
dierit nō opꝰ erat commemorare. Marcꝰ ergo ſic illud nar
rat·ꝛ exiit foras ante atrium ꝛ gallꝰ cantauit. Rurſus autem
cum vidiſſet illū ancilla·cepit dicē circumſtantibꝰ ꝙa hic ex
illis eſt. Ut ille iterꝝ negauit·hec vero ancilla·nō eadē ſʒ alia ē
ſic dicit matheꝰ. Sane hoc ꝯ ītelligīt·ꝙa i ſcda negacōe a dua
bus cōppellatus eſt·ꝛ ab ancilla ſcilicet quam commemorat
matheus ꝛ marcus· & ab alio quē commemorat lucas·ſic enī
hoc narrat lucas. Petrus vero ſequebatur alonge·accenſo aūt
igne ī medio atrio & circūſedentibꝰ illis erat petrꝰ ī me
dio eorꝝ·quem cum vidiſſet ancilla quedā ſedentem ad lumen
ꝛ eum fuiſſet ītuta dixit·ꝛ hic cum illo erat·at ille negauit
eum dicens·mulier non noui illū·& poſt puſillū alius vidēs
eum dixit·ꝛ tu de illis es. Hoc ꝯ quod lucas ait·& poſt puſil=
lum iam egreſſus erat petrus ianuam·& primus gallus can=
tauerat· ianꝙ redierat ·vt quemadmodum dicit iohannes ad
focum ſtans iterꝝ negauerit. Iohānes enim ī prima negatiōe
petri non ſolum de primo gallicantu tacet·ſicut ceteri excea
pto marco·ſed etiā ꝙ ſedētē ad ignē cognouit ancilla nō ome
morat·hoc enī tm̄ ait dicit ꝯ petro ancilla hoſtiaria. Nunꝙd
ꝯ & tu de diſcipulis es hominis iſtiꝰ? dicit ille·nō ſum. De
inde intponit que geſta ſunt cum ihu ī eadē domo que com
memoranoa arbitratus eſt·ita narrans. Stabant autem ſerui
ꝛ miniſtri ad prunas ꝙa frigꝰ erat ꝛ calefaciebāt ſe. Erat aūt
cum eis & petrus ſtans ꝛ calefaciens ſe. Hic ergo iam ītelli
gitur exiſſe foras petrum & rediſſe · primo enim ſedebat ad
ignem·poſtea iam rediens ſtare ceperat·ſed forte ait aliquis
non dum exierat·ſurrexerat autem exiturꝰ ·hoc poteſt dicere
qui putat foris ante ianuam ſecundo ītrogatum negaſſe.
Videamꝰ ꝯ iohānis ſequētia. Pontifex ergo ītquit ītroga
uit ihesum de diſcipulis & doctrina eius·reſpondit ei ihesus
Ego palam locutus ſum mundo·& ſemper ego docui ī ſina=
goga·ꝛ ī templo quo omnes iudei conueniunt· & ī occulto
locutus ſum nichil. Quid me ītrogas? Interroga eos qui
audierunt·quid locutus ſum ipīs·ecce hii ſciunt que dixerim
ego. Hec autem cum dixiſſet vnus aſſiſtens miniſtrorum de
dit alapam hieſu dicens·ſic reſpondes pontifici· reſpondit ei

ihesus·si male locutus sum·testimonium perhibe de malo·si
autem bene q̄d me cedis? ⁊ misit eum annas ligatum ad cai
phan pontificem. Hic sane ostenditur q̄ annas pontifex erat·
non dum enim missus erat ad caiphan·cū iam illi diceretur·
sic respondes pontifici·⁊ hos duos annam ⁊ caiphan pontifi=
ces commemorat etiam lucas i mitio euangelii sui·his dictis
iohannes redit ad quod ceperat de negatione petri·id est ad
eandem domum·vbi gesta sunt que narrauit·& vnde ad cai=
phan missꝰ est ihesꝰ. ad quem ab mitio ducebatur sicut dixit
matheus. Commemorauit aūt ista iohannes que interposuit
recapitulans de petro·⁊ ad eam narrationem rediens ita di =
cit vt compleat trinam negationem. Erat aūt simon petrus
stans & calefaciens se·dixerūt q̄ ei. Nunquid & tu ex discipu
lis eiꝰ es? negauit ille ⁊ dixit·non sum. Hoc igitur loco mue
nimus & non ante ianuam sed ad focum stantem secundo ne
gasse petr̄ ·quod fieri non posset nisi iam rediisset·posteaq̄m
foras exierat·neq̄ enim iam exierat·& foris vidit eum altera
ancilla·sed cum exiret eum vidit. id est cū surgeret vt exiret
animaduertit eum·& dixit his qui erant ibi·id est qui simul
erant ad ignem mtꝰ i atrio & hic erat cum ihesu nazareno·il=
le autem qui foras exierat·hoc audito rediens iurauit illis cō
tranitentibꝰ q̄a nō nouit hominem. Nam & marc[illegible] sic ait de
eadē ancilla·⁊ cepit dicē circumstātibꝰ q̄a hic e[illegible] est. Di
cebat enī nō illi·sed his qui illo exeūte ibi remāserant·sic tñ
vt ille audiret·vnde rediens & rursꝰ ad ignem stans resiste=
bat negando verbis eor̄. Deinde in eo q̄ iohānes ait·dixerūt
Nunquid & tu ex discipulis eius es? q̄ redeunte & stante
dictū esse intelligimꝰ·hoc quoq̄ confirmatum non illam tan
tum alteram ancillam quam commemorat in hac secunda ne
gacōe matheꝰ ⁊ marcꝰ·sed aliū quē memorat lucas cū petro
id egisse. Vnde iohannes dicit ·dixerunt ergo ei·quapropter
siue posteaq̄m illo exeunte dixit ancilla his qui secum erant
i atrio q̄a ex illis hic est. Hoc audito ille regressus est vt quasi
se purgaret negando·siue q̄ est credibilius non audiuit quid
de illo dictum fuerit cū foras exiret·⁊ posteaq̄m rediit dixe=
runt ei ancilla & ille alius quē lucas memorat. Nunq̄ ⁊ tu
ex discipulis eiꝰ es? ⁊ dixit. non sū. Pertinatiꝰ insistente illo

III.

de quo lucas ait atq; dicente· ⁊ tu de illis es. Cui petrus ait· o homo non sum· liq'do tñ colligit collatis de hac re oim euā gelistaꝝ testimoniis· nō ante ianuam scdo petꝝ negasse· sed intus in atrio ad ignem. Matheum aūt marcum qui commemorauerunt exisse eū foras· regressum eiꝰ breuitatis causa tacuisse. Nunc iā ō tercia negatione inspiciamꝰ eoꝝ congruentiam· quam matheum solum explicasse meminerimus // Sequitur ergo marcus & dicit. Et post pusillum qui astabant dicebant petro. vere ex illis es· nam & galileꝰ es. Ille autem cepit anathematizare & iurare· quia nescio hominem istum quem dicitis· & statim iterum gallus cantauit. Lucas autem ita secutus hoc idē narrat· ⁊ interuallo facto quasi hore vniꝰ· alius quidem affirmabat dicens. Vere ⁊ hic cum illo erat· nā ⁊ galileus est· ⁊ ait petrꝰ· o homo nescio quid dicis· & continuo aduc illo loquente cantauit gallus. Iohānes secutꝰ de tercia petri negatione ita explicat· dicit vnꝰ ex seruis pontificis cognatus eiꝰ cuius abscidit petrus auriculam. Nonne ego te vidi in orto cum illo· itezꝝ ergo negauit petrus· ⁊ statim gallus cantauit. Q igitur matheus ⁊ marcꝰ dicunt post pusillū quantum esset hoc tempis manifestat lucas dicendo. Et interuallo facto quasi hore vnius· de hoc aūt interuallo tacet iohānes. Item oꝝ matheus ⁊ marcus non singulari sed plurali numero enunciant eos qui cum petro agebāt· cum lucas vnum dicat· iohannes ꝙ vnum· eumq; cognatum eius· cuius abscidit petrus auriculam· facile est intelligere aut pluralem numerum pro singulari vsitata locutione vsurpasse matheum ⁊ marcum· aut ꝙ vnus maxime tanqm sciens & qui eum videbat affirmabat. Ceteri aūt secuti eiꝰ fidē· petrum simul arguebant· vnde duos euangelistas compendio pluralem numerum posuisse· alios autem duos eum solum significare voluisse· qui precipuus in hoc erat. Iam vere illud quod matheus ipse· petro fuisse dictū asserit. vere ⁊ tu ex illis es· nā & loq̄la tua manifestum te facit. Sicut iohannes eidē petro dictum asseuerat. Nonne ego te vidi in orto cum illo? Marcꝰ autem inter se illos de petro locutos dicit· vere ex illis est· nam ⁊ galileus est· sicut & lucas non petro· sed de petro dicit· alius quidem affirmabat dicens. Vere & hic cum illo erat· nam & galileꝰ

est·aut sentēitam intelligimꝰ tenuisse eos·qui compellatum
dicunt petrum·tantundem enī valuit quod de illo coram illo
dicebatur·quantum si illi diceretur ·aut vtroꝙ modo actum
est·& alios illum alios aliū modum commemorasse·galli aūt
cantum post terciam negationem secundū intelligimus sicut
marcus expressit¶ Sequitur ergo matheus ita dicens. Et re
cordatus est petrus verbi ihesu quod dixerat·priusqm̄ gallus
cantet ter me negabis·ꝛ egressus foras·fleuit amare. Marcꝰ
autem ita dicit recordatus est petrus verbi quod dixerat ihe
sus·priusqm̄ gallus cantet bis·ter me negabis·& cepit flere·
Lucas autem sic ait · & conuersus dominus respexit petrum
& recordatus est petrus verbi domini sicut dixit·quia priusq
q̄m gallꝰ cantet·ter me negabis. Et egressus foras petrus fle
uit amare. Iohannes de recordatione & fletu petri tacet. Sa
ne in eo quod ait lucas·ꝙ conuersus dominus respexit petrū
quomodo accipiendum sit·diligentius considerandū est·qm̄
uis enim dicantur etiam interiora atria tamen in exteriore a
trio fuit petrꝰ inter seruos qui simul se ad ignē calefaciebāt·
non est autem credibile ·ꝙ ibi audiebatur dominus a iudeis
vt corporalis fuerit illa respectio·nanꝙ cum dixisset matheꝰ
Tunc expuerūt in faciē eiꝰ ·ꝛ colaphis eū ceciderunt·alii aūt
palmas i faciē ei dederunt dicentes. Prophetiza nobis criste·
quis est qui te percussit? Secutus est dicens. Petrus vero se
debat foris in atrio·ꝙ non diceret nisi illa cum domino intꝰ
agerentur & quantum colligitur in narratione marci non so
lum in interioribus sed etiam in superioribus domus agebā
tur. Nam posteaqm̄ marcus talia narrauit·secutus ait·ꝛ cum
esset petrus in atrio deorsum sicut ꝧ eo ꝙ matheus ait·petrus
vero sedebat foris in atrio ostendit ꝙ illa intus agerentur ·
sic eo ꝙ dixit marcus · Et cum esset petrus in atrio deorsum·
ostendit non solum in interioribus ·sed etiam in superioribꝰ
gesta que dixerat¶ Quomodo ergo respexit petrum dominus
facie corporali·quapropter michi videtur illa respectio diui
nitus facta · vt ei veniret in mentem quotiens iam negasset ·
& quid ei dominus predixisset·atꝙ ita misericorditer domino
respiciente peniteret eū·& salubriꝫ fleret sicut quotidie dici
mꝰ. Domine respice me·ꝛ respexit eū dn̄s·q̄ de aliquo piculo

vel labore diuina misericordia liberatus est .& sicut dictum est.respice & exaudi me ꝛ conuertere dñe libera animā me am.ita dcīm arbitror.conuersus dominꝰ respexit petrum & recordatꝰ est petrꝰ verbi dñi .deniqꝫ cum frequetius soleant in narrationibus suis ponere ihm qm̄ dominū .Modo lucas dñm posuit dicēs.Conuersꝰ dominus respexit petꝝ.ꝛ recordatus est petrꝰ verbi dñi.Matheꝰ aūt & marcꝰ.qui de ista respectione tacuerūt.non verbi dñi.sed verbi ihesu eum recordatum esse dixerunt.vt etiā ex hoc intelligamus illam respectionem a ihesu non humanis oculis.sed diuinitꝰ factam.

Sequitur ꝯ matheus ꝛ dicit .Mane aūt facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum.ꝛ seniores populi aduersꝰ ihm.vt eū morti tradēt.ꝛ vinctū adduxerunt eū.& tradiderunt poncio pilato presidi.Marcus similit.ꝛ confestim mane inquit consilium facientes sūmi sacerdotes cū senioribꝰ & scribis & vniuerso consilio vincientes ihm duxerunt & tradiderunt pilato.Lucas aūt postea q̄m compleuit narrādo petri negationē recapitulauit que cū dño gesta sunt iam vt apparet circa mane.atqꝫ ita contexuit narrationem.& viri qui tenebāt illum illudebant ei cedētes & velauerūt eum & percutiebāt faciem eiꝰ .ꝛ interrogabāt eum dicentes.Prophetiza quis est qui te percussit.& alia mꝫta plasphemātes dicebāt in eum.& vt fcts est dies conuenerunt seniores plebis.& principes sacerdotū & scribe.& duxerunt illum in consilium suū dicētes.Si tu es cristus dic nobis? ꝛ ait illis.Si vobis dixero non creditis mihi.si aūt interrogauero.nō rndebitis mihi. neqꝫ dimittetis. Ex hoc aūt erit filiꝰ hois sedēs a dextris virtutis dei. dixerūt aūt oms.tu ergo es filius dei? qui ait. vos dicitis quia ego sum.at illi dixerūt Quid aduc desideramꝰ testimoniū.ipi enim audiuimꝰ ꝺ ore eiꝰ.& surgens omnis multitudo eoꝝ duxerunt illum ad pilatum.Hec omnia narrauit lucas.vbi intelligitur quod etiā matheꝰ ꝛ marcus narrauerunt.ꝙ interrogatus sit dñs.vtrum ipse esset filius dei.& ꝙ dixerit dico vobis āmodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis .& venientem in nubibꝰ celi.Iam lucescēte die gestū qm̄ lucas dicit.ꝛ vt factꝰ est dies.atqꝫ ita narrat similia .ꝛ si q̄ etiam ipse omemorat

quod illi tacuerunt·nocte aũt ꝯintelligimꝰ per falsos testes ac
tũ esse cum domino quod breuiter commemorauerunt ma
theꝰ ⁊ marcꝰ·lucas tacuit·qui enarrauit que circa mane sũt
gesta·nam & illi id est matheꝰ ⁊ marcus contexuerunt narra
rationem ī his que cum domino · eracta sunt· vsq; ad ... ie
sed postea redierunt ad narrandam petri negacõem. qua ter
minata redierũt ad mane·vt ꝯde cetera contexerent·quousq;
perducerẽt que cum domino acta erant·sed nõ dũ commemo
rauerant qđ mane factum esset .Iohãnes ꝙ cum ea·que cũ do
mino gesta sunt·ex qñta parte visum est & petri negationẽ
totam commemorasset .Adducũt ꝭ inquit ihm ad caipham
ī pretorium. Erat autem mane·vbi intelligimꝰ aut. quam
fuisse causam que cogeret caiphan esse ī pretorio·nec esse pñ
tem cum alii principes sacerdotum haberẽt ỏ domino questi
onem·aut in domo eius fuisse pretorium ·cũ ad ipsum ab mi
tio ducebatur ad quem in extremo perductus est ·sed quia iã
tanq̃m conuictum reum adducebãt. Caiphe aũt iam antea vi
sum fuerat vt ihesus moreretur · nulla mora ꝯterposita est
qn occidendꝰ pilato traderetur. Que igitur per pilatum cum
dño gesta sunt·ita matheus narrat ac primũ excurrit iñ vt cõ
memoraret exitum iude traditoris quem solꝰ narrauit ita di
cens. Tunc videns iudas qui eum tradidit·quia damnatus es
set penitentia ductus retulit triginta argenteos principi
bus sacerdotum & senioribꝰ dicens. Peccaui tradens sangui
nem iustum·at illi dixerunt·quid ad nos tu videris. Et proie
ctis argenteis ī templo· recessit ⁊ abiens laqueo se suspendit
Principes aũt sacerdotum acceptis argenteis dixerũt. Nõ li
cet mittere eos ꝯ corbanan quia precium sanguinis est. Con
silio autẽ ꝯito · emerunt ex illis agrum figuli ꝯ sepulturam
peregrinorum propter hoc vocatus est ager ille acheldemach
id est ager sanguinis vsq; ī hodiernum diem. Tunc impletũ
est quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem·⁊ ac
ceperunt triginta argẽteos precium appreciati·quem appre
ciauerunt a filiis israhel· & dederunt eos in agrum figuli·sic
cut constituit mihi dominꝰ .Si quis autem mouetur · ꝙ hoc
testimonium non ꝯuenitur ꝯ scriptura ieremie prophete·⁊
ideo putat fidei euãgeliste aliquid derogandũ primo noverit

non omēs codices euangeliorū habere q̄ per ieremiam dictū
sit·sed cātūmō per prophetam· possumus ꝯ dicere his potius
codicibus esse credendum qui ieremie nomen nō habent·dic=
ctum est enim hoc per prophetam·sed per zachariaz·vnde pu
tatur codices esse mendosos q̄ habent nomen ieremie ·q̄a vī
zacharie habere debuerūt· vel nullius sicut quidam· sed tñ p̄
prophetam dicētem qui vtiq; intelligitur zacharias·sed vtaī
ista defensione cui placet·mihi aūt cur non placeat hec causa
est·quia et plures codices habent ieremie nomen·et qui di=
ligentius in grecis exemplaribus euangeliū cōsiderauerūt ·in
antiq̄oribꝰ grecis ita se perhibēt inuenisse ·ꝛ nulla fuit causa
cur addēretur hoc nomen vt mendositas fieret·Cur aūt de non
nullis codicibus tolleretur·fuit vtiq; causa ·vt hoc audax im
peritia faceret·cum turbaretur questione · q̄ hoc testimoni=
um apud ieremiam non inueniretur·quid ꝯ intelligendū est·
nisi hoc actum esse secretiore consilio prouidentie dei q̄ men=
tes euangelistarū sunt gubernate·potuit enim fieri vt animo
mathei euāgeliū conscribentis pro zacharia ieremias occurre
ret·vt fieri solet quod tñ sine vlla dubitatione emendaret sal
tim ab aliis admonitus qui ipso aduc in carne uiuente hoc le
gere potuerunt·nisi cogitaret recordatione sue·que sancto spi
ritu regebatur non frustra occurrisse aliud pro alio nomē pro
phete·nisi quia ita dominus hoc scribere constituit .Cur aūt
ita constituerit dominus·prima illa causa vtilissima debet fa
cilime cogitari etiā sic esse insinuatum·ita omnes sanctos p̄
phetas vno spiritu locutos mirabili inter se consensione con
stare·vt multo hoc amplius sit quasi omniū omnia prophetā=
rum vno vnius hominis ore dicerētur·ꝛ ideo indubitanter ac
cipi debere quecunq; p̄ eos spiritus sanctus dixit ·vt singula
esse omniū ·et omnia singulorū.Cū igit et que dicta sunt per
ieremiam·tam sint zacharie q̄m ieremie·et que dicta sunt p̄
zachariam tā sint ieremie q̄m zacharie q̄d opus erat vt emen
daret matheus·cum aliud pro alio sibi nomen occurrens a se
scriptum relegisset·ac non potius sequens auctoritatē spiri=
tus sancti a quo mentem suā regi plus nobis vtiq; ille senti
ebat· ita hoc scriptum reliquerit sicut etiaz admonendū con
stituerat ei dominus ad informādos nos·tantā verborū suorū

ínter prophetas esse concordiam vt non absurde ymmo con-
gruentissime etiã ieremie deputaremus·quod p zachariam di
ctum reperiremus·Si enim hodie quisq̃m volẽs verba índica
re alicuius·dicat nomen alterius a quo dicta sint q̃ tñ sit ami
cissimus & familiaritate coniunctissimus illius cuius verba
dicere voluit·et continuo recordatus alium pro alio se dixisse
ita se collegat atq; corrigat·vt tamen dicat·benedixi·q̃d aliud
intuens nisi tantã ínter ambos esse concordiã·ínter illum sci
licet cuius verba dicere voluit ·et alium cuius ei nomen pro
illius nomine occurrit·vt tale sit hoc istum dixisse·quale si il
le dixisset ·quantomagis hoc de prophetis sanctis intelligen-
dũ et maxime cõmendandũ fuit· vt omniũ libros tanq̃m vni
us vnũ librum acciperemus ·in quo nulla rerum discrepãtia
crederetur·sicut nulla ínueniretur·et ín quo maior esset cõstã
tia veritatis q̃m si omnia illa vnus homo q̃mlibet doctissimꝰ
loqueret · Quod & hinc argumentum summere conantur vel
ínfideles vl' imperiti homines quasi ad ostendendã dissonan
tiam sanctoꝝ euãgelistaꝝ·hoc potius debent assummé fide-
les et docti ad ostendendam vnitatem sanctoꝝ etiã ꝓphetã
ru[illegible]·Est alia causa que mihi videt alio tempore diligentius
pertractanda ne amplius sermonem protendamus quẽ huiꝰ
opis terminãdi necessitas flagitat Cur hoc nomẽ ieremie ín
testimonio zacharie sic manere ꝓmissum ·vel potius sãcti spi
ritus auctoritate preceptum sit·est apud ieremiam & emerit
agrum a filiis fratris sui et dederit eis argẽtum·non quidem
sub hoc nomie precii q̃d positum est apud zachariaz triginta
argenteis·veruntamen agri emptio non est apud zachariã·q̃d
autem prophetiam de triginta argenteis ad hoc ínterpretatꝰ
sit euangelista quomodo de dño cõpletũ est vt hoc esset eius
pcium·manifestum est· sed ad hoc ptinere etiã illud de agro
empto quod ieremias dicit·hinc potuit mistice significari·vt
non hic zacharie nomen poneretur qui dixit triginta argẽte-
is sed ieremie qui dixit de agro empto vt lecto euãgelio atq;
ínuento nomine ieremie·lecto autẽ ieremia & non ínuẽto te
stimonio de triginta argenteis· ínuento tamẽ agro empto ad
moneatur lector vtrũq; conferre·et índe sensum enucleare ꝓ-
phetie quõ pertineat ad hoc quod in domino impletum ẽ ·nã

illud quod subiecit·huic testimonio matheus cum ait· quem
appretiauerunt filii israhel· et dederunt eos in agrum figuli
sicut constituit mihi dominus·nec apud zachariā·nec apud ie
remiam reperitur·vnde magis ex persona ipsius euangeliste
accipiendum est eleganter & mistice insertum·quia hoc ex
domini reuelatione cognouerit·ad hanc rem que de cristi p=
cio facta est huiꝰmodi pertinere prophetiā·liber quippe em
pti agri apud ieremiā iubetur mitti in uas fictile ⁊ emit hic
de precio domini ager figuli et hoc ad sepulturam peregrino=
rum·tanꝙm ad permansionem quietis eorum qui in hoc secu
lo peregrinantes consepeliuntur cristo per baptismum·nam
et illam emptionem agri hoc significare ieremie dicit domi=
nus quia erit permansio de captiuitate liberatorū in illa ter=
ra· hec tanꝙm delimanda arbitratus sum cum admonerē q̄d
in his ꝓphetic⁹ testimoniis in vnū redactis ⁊ euāgelice nar
rationi collatis diligentius attentiusq; requiratur· hec inter
posuit matheus de iuda traditore

Deinde sequitur et dicit·iesus autem stetit ante presi
dem et interrogauit eum p̄ses dicens·tu es rex iude=
orum·dicit ei iesus·tu dicis·et cum accusaret a prin
cipibus sacerdotum et senioribus populi nihil respōdit·tūc
dicit illi pilatus·non audis quanta aduersum te dicunt testi
monia·et non respondit ei vllum verbum ita vt miraret p̄=
ses vehementer. Per diē autē solemnē consueuerat preses di
mittere populo vnum vinctū quē voluissent·habebat aūt tūc
vnū vinctū insignem qui dicebatur barrabas. Congregatis ḡ
illis·dixit pilatus quē vultis dimittam vobis barraban·an ie
sum qui dicitur cristꝰ? sciebat enim q̄ per inuidiā tradidis=
sent eum·sedente aūt illo pro tribunali misit ad illū vxor eiꝰ
dicens·nihil tibi et iusto illi·multa enim passa sum hodie p
uisum propter eum·principes autē sacerdotum et seniores p̄
suaserūt populis vt peterent barraban·iesum vero perderēt·
respondens aūt preses ait illis·quē vultis vobis de duobꝰ di
mitti·at illi dixerunt·barraban·dicit illis pilatus· quid ergo
faciam de iesu qui dicitur cristꝰ? dicūt omnes ·crucifigatur·
ait illis preses·quid enim mali fecit· at illi magis clamabāt
dicentes·crucifigatur·videns aūt pilatus quia nihil ꝓficeret

ſed magis tumultus fieret accepta aqua lauit manus coꝝ̄ om
ni populo dicens·ĩnocēs ego ſum a ſanguine iuſti huiꝰ vos
videritis·⁊ reſpõdens vniuerſus populus dixit·ſanguis eiꝰ
ſuper nos et ſuper filios noſtros tunc dimiſit illis barrabā·
ieſum aũt flagellatum tradidit eis vt crucifigere℞·hec narra
uit matheus per pilatũ geſta de domino·marcus quoq̄ pene
eiſdem verbis et rebus concinit·verba aũt pilati quibus re=
ſpondit populo petenti vt ſolemniter vnus vinctus dimitte
retur ita refert· pilatus autem reſpõdit eis ⁊ dixit·vultis di=
mittam vobis regem iudeoꝝ·matheus autē ſic dicit·congre=
gatis ꝙ illis dixit pilatꝰ·quē vultis dimittā vobis·barraban·
an ieſum q̄ dicitur criſtꝰ·¶Nulla queſtio ē ꝙ tacet ipſos petiſ
ſe vt aliquis eis dimitteretur ¶Sed queri poteſt q̄ verba eis
pilatus dixerit· vtrũ que a matheo· an que a marco referunt℞
aliud enim vide℞ eſſe quē vultis dimittā vobis barraban an ie
ſum qui dicitur criſtus·aliud·vultis dimittā vobis regē iude=
oꝝ·ſed quia criſtos reges dicebāt & qui dixerit illũ an illum
manifeſtũ eſt eum queſiſſe an vellent ſibi dimitti regē iude=
oꝝ id eſt criſtũ·nihil ĩtereſt ſententie quod hic tacuit mar=
cus de barraban ·hoc ſolum volens dicere quod ad dominũ p
tinebat·quando quidem ĩ eoꝝ reſponſione ſatis et ipſe oſtē
dit quem ſibi dimitti voluerint·pontifices ĩquit concitaue
runt turbā vt magis dimitteret eis barraban ¶Sequiſ autē
et dicit·pilatus aũt iterum reſpondens ait illis·quid ꝯ vultis
faciam regi iudeoꝝ·vnde ſatis apparet ꝙ id marcꝰ velit oſtē
dere dicendo regem iudeoꝝ·quod matheus dicendo criſtum
non enim dicebantur criſti reges niſi iudeorum ·nanq̄ in eo
etiã loco matheus ait · dicit illis pilatus·quid igitur faciã de
ieſu qui dicitur criſtꝰ? Ergo ſequitur marcus·at illi iterũ cla
mauerũt crucifige eum·quod ille ait dicunt omnes crucifiga=
tur Et ſeq̄tur marcus·pilatus vero dicebat eis·q̄d enim ma
li fecit·at illi magis clamabant·crucifige eum·hoc matheus
non dixit ſed queniã dixit videns pilatus quia nihil proficeꝛ
ret.ſed magis tumultus fieret·dixit etiã eũ lauiſſe manus coꝛ
ram populo vt ĩnocentē ſe a ſanguine iuſti ſignificaret·qđ
item ⁊ marcus et alii tacent·ſatis oſtendit etiã matheꝰ egiſ
ſe p̄ſidem cũ populo vt dimitte℞ ·qđ breuiter ſignificauit

marcus ín eo ꝙ refert pilatū dixíſſe·quid enim mali fecit·de
índe ſic etiā ipſe concludit que per pilatum cum domino ge
ſta ſunt. Pilatus aūt ínquit volens populo ſatiſſacere dimi=
ſit illis barraban·et tradidit ieſum flagellis ceſum vt cruci=
figeretur ·hec apud preſidem geſta narrauit marcꝰ·lucas ap=
ud pilatum geſta ſic narrat ·ceperunt aūt accuſare illum dicē
tes·hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtrā·et ꝓhibē
tem tributa dari ceſari·et dicentem ſe criſtū regem eſſe · hoc
illi duo euangeliſte non dixerunt·cum aūt dicerēt ꝙ eū accu=
ſabant·ergo iſte etiā ipſa crimina que falſo obiecerunt appe
ruit· tacuit aūt qđ ei dixit pilatus·non reſpondes quicq̄m·vi
des ínquit ín quantis te accuſant· Sed plane ſequitur ⁊ dicit
quod etiā illi dixerunt·pilatus aūt ínterrogauit eum dicēs· tu
es rex iudeoꝝ·at ille reſpondens ait·tu dicis Hoc aūt mathe
us et marcus cōmemorauerunt anteq̄m dicerent compellatū
ieſum ꝙ eis accuſantibus non reſponderet·nihil aūt íntereſt
veritatis quo ordine lucas iſta retulerit quemadmodum ni=
hil íntereſt ·ſi alius aliquid tacet qđ alius cōmemorat quēad=
modū in conſequētibus dicit·ait aūt pilatus ad principes ſa=
cerdotū et turbas·nihil ínuenio cauſe ín hoc homine·illi aūt
ínualeſcebant dicentes·cōmouit populum docens per uniuer
ſam iudeam ⁊ íncipiens a galilea uſq̄ huc Pilatus aūt audi
ens galileam ínterrogauit ſi homo galileus eſſet et vt cogno=
uit ꝙ de herodis poteſtate eſſet remiſit eum ad herodem qui
et ipſe ieroſolimis erat ín illis diebus·herodes autē viſo ie=
ſu gauiſus eſt valde·erat enim cupiens ex multo tempore vi=
dere eum eoꝙ audiret multa de illo·⁊ ſperabat ſignū aliquod
videre ab eo fieri · ínterrogabat aūt illum multis ſermonibꝰ
at ipē nihil illi reſpōdebat·ſtabant etiā principes ſacerdotuꝫ
et ſcribe conſtanter accuſantes eum· ſpreuit aūt illum hero=
des cum exercitu ſuo·et illuſit índutum veſte alba· et remiſit
ad pilatum·⁊ facti ſunt amici herodes et pilatus ín ipſa die·
nam antea ínimici erant adínuicē Hec omnia id eſt ꝙ a pila=
to ad herodem dominus miſſꝰ eſt·et que ibi geſta ſunt lucas
ſolus índicat·etiā ſi aliquid ibi ait ſimile quod in aliis narra=
tionū locis apud alios poſſit inueniri. Ceteri autē ea tantū di
cere voluerunt que apud pilatum geſta ſūt·quouſq̄ dominꝰ

crucifigendus traderetur. Rediens ꝙ lucas ad ea que apud pre
sidem gerebantur vnde digressus erat ·vt narraret quod apud
herodem actum est·ita sequitur· pilatus aũt conuocatis prin
cipibus sacerdotum & magistratibus et plebe dixit ad illos
obtulistis mihi hunc hominem quasi euertentẽ populũ ecce ec
ce ego coram vobis interrogãs nullã causam inuenio in isto
homine ex his in quibus eum accusatis. Hic intelligimus eũ
ptermisisse quemadmodũ a domino q̃sierit quid accusatorib9
responderet·sed neq; herodes inquit nam remisi vos ad illũ
et ecce nihil dignum morte actum est ei ·emendatum ꝙ illũ
dimittã. Necesse aũt habebat dimittere eis per diem festũ
vnum·exclamauit aũt simul vniuersa turba dicens·tolle hunc
et dimitte nobis barraban·qui erat propter seditionem quã-
dam factã in ciuitate et homicidium missus in carcerẽ ·iterũ
aũt pilatus locutus est ad eos volens dimittere iesum·at illi
subclamabant dicentes·crucifige crucifige illum ·ille aũt ter
cio dixit ad illos·quid enim mali fecit iste·nullã causã mor-
tis inuenio in eo·corripiam ꝙ illum et dimittam·at illi insta
bant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur·⁊ inuale-
scebant voces eorũ. Matheus huic conatui pilati quo sepius
cum eis egit volẽs vt dimitteret iesus·pauciss̃imis verbis sa
tis attestatus est vbi ait ·videns aũt pilatus·quia nihil profi
ceret·sed magis tumultus fieret·quod non diceret nisi multũ
ille nisus esset ·q̃muis tacuerit quotiens hoc efficere tenta-
uerit vt erueret iesum a furore eorũ. Et lucas itaq; ita conclu
dit quod actũ est apud presidem·et pilatus inquit adiudicauit
fieri petitionem eorũ· dimisit autẽ illis eum qui propter ho-
micidiũ et seditionem missus fuerat in carcerẽ quẽ petebant·
iesum vero tradidit voluntati eorũ. Nunc eadẽ secundũ iohan
nem consideremus·id est que ꝑ pilatum facta sunt·et ipsi in
quit non introierũt in pretorium·vt nõ contaminarentur ·sed
manducarent pasca·exiit ꝙ ad eos pilatus foras·et dixit· quã
accusationem affertis aduersus hominẽ hunc? responderũt ⁊
dixerũt ei·si non esset hic malefactor nõ tibi tradidissem9 eũ
hoc videndum est ne otrariũ sit ei qd lucas dicit·certa in eũ
dicta esse crimina·et dicit que dicta sint·ceperunt aũt inquit
accusare illum dicentes·hunc inuenimus subuertẽtem gentẽ

nostram et ꝓhibentem tributa dari cesari ·et dicētem se cri-
stum regem esse· quod vero nunc secundum iohannem cōme-
morari videntur iudei noluisse dicē crimina ·cum dixisset eis
pilatus quā accusationem affertis aduersus hominē hunc·re-
sponderunt ei·si non esset hic malefactor non tibi tradidisse-
mus eum·videlicet vt eoꝝ auctoritatem secutus ·quid ei ob
iceretur desineret querere · sed obhoc tantū nocentem crede-
ret · q̄ sibi ab eis tradi meruisset ¶ Ergo intelligere debemus
et hoc dictū esse et illud quod lucas cōmemorauit·multa enī
dicta et multa responsa sunt· vnde cuiq̄ eoꝝ quantū visū est
decerpsit et im narratione sua posuit qđ satis esse iudicauit·
nam et ipse iohannes dicit quedam que obiecta sūt que suis
locis videbimus·ita q̄ sequitur· dixit g̊ eis pilatus·accipite
eum vos et secundum legem vestram iudicate eum· dixerūt
g̊ ei iudei·nobis non licet quēq̄m interficere·vt sermo ihesu
impleretur quē dixit significans q̄ morte esset moriturus· In-
troiit g̊ iterū in pretoriū pilatus·et vocauit iesum & dixit ei·
tu es rex iudeoꝝ·ꝛ respondit iesus·a te metipso hoc dicis·an
alii tibi dixerunt de me ·et hoc videtur non conuenire illi qđ
ab aliis cōmemoratum est·respondit iesus tu dicis·nisi in cō
sequētibus ostenderet et illud dictum esse·vnde ostendit ea
que nunc dicit a ceteris potius euangelistis tacita q̄m a dño
dicta non esse·attende g̊ et cetera·Respōdit inquit pilatus·nū
quid ego iudeus sum·gens tua et pontifices tradiderūt te mi
hi·quid feceisti ?·respondit iesus·regnum meum nō est de hoc
mōdo·si ex hoc mūdo esset regnū meū ministri mei vtiq̄ decer
tarent vt non traderer iudeis·nūc aūt meū regnum nō ē hinc
Dixit itaq̄ ei pilatus·g̊ rex es tu ? rn̄dit iesus· tu dicis q̄a rex
sum ego·ecce qn̄ ventū ē ad id qđ alii euāgeliste cōmemora-
uerūt·seq̄tur g̊ ita dicente aduc dño qđ ceteri tacuerūt ·ego im
hoc natus sum·ꝛ ad hoc veni in mōm vt testimoniū ꝓhibeā
veritati·omnis qui est ex veritate audit meam vocē· dicit ei
pilatus·quid est veritas·et cum hoc dixisset iterū exiit ad iu-
deos et dicit eis·ego nullam inuenio in eo causām·est aūt cō
suetudo vobis vt vnū dimittā vobis in pasca·vultis g̊ vt di-
mittā vobis regē iudeoꝝ? clamauerūt rursum dicētes nō hūc
sed barraban·erat aūt barrabas latro·tūc g̊ apꝓhendit pilatꝰ

ieſum et flagellauit̄ et milites̄ plectentes coronam de ſpinis
impoſuerunt capiti eius · & veſte purpurea circundederunt
eum · et veniebāt ad eum et dicebāt · aue rex iudeoꝝ · et dabāt
ei alapas · exiit iterū pilatꝰ foras · et dicit eis · ecce adduco eū
vobis foras vt cognoſcatis · quia in eo nullam cauſam inue-
nio · exiit ꝙ ieſus portans ſpineam coronam et purpureū veſti
mentum et dicit eis · ecce homo · cum ꝙ vidiſſent eum ponti-
fices et miniſtri clamabāt dicētes · crucifige crucifige eū · dicit
eis pilatus · accipite eum vos · et crucifigite · ego in eo nō inue-
nio cauſam · reſponderunt ei iudei · nos legem habemus et ſe-
cundum legem debet mori · quia filiū dei ſe fecit · Hoc poteſt
congruere ei qđ lucas commemorat in accuſatione iudeoꝝ di
ctum · hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram vt ado-
iungatur quia filium dei ſe fecit · Sequitur itaq; iohannes et
dicit · cum ꝙ audiſſet pilatus hunc ſermonē magis timuit · et
ingreſſus eſt pretorium iterū ꝛ dicit ad ieſum · vnde es tu · ihs
aūt reſpoſum non dedit ei · dicit ꝙ ei pilatus · mihi non loque
ris · neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te et poteſtatē
habeo dimittere te · reſpondit ieſus · non haberes poteſtatem
aduerſum me vllam niſi tibi eſſet datū deſuper · propterea q̄
tradidit me tibi mauis peccatum habet · Exinde querebat pi
latus dimittere eum · iudei aūt clamabant dicentes · ſi hunc di
mittis non es amicus ceſaris · omnis qui ſe regem facit con-
tradicit ceſari · huic poteſt congruere quod lucas in eadem ac-
cuſatione iudeoꝝ ita narrat · cum dixiſſent inuenimꝰ eū ſubu-
uertentē gentē noſtrā · adiecit et phibentē tributa dari ceſa-
ri · et dicentem ſe criſtū regē eſſe · Ex quo ſoluitur iſta q̄ſtio q̄
putari poterat iohannes dixiſſe nullū a iudeis domino crimē
obiectum quando reſponderunt et dixerunt ei · ſi non eſſet hic
malefactor non tibi tradidiſſemꝰ eum · Sequitur ꝙ iohannes
et dicit · pilatꝰ ꝙ cū audiſſet hos ſermones adduxit foras ieſū
et ſedit pro tribunali in loco qui dicitur liceſtratos · hebreice
aūt gabbata · erat autē paraſceue paſce hora q̄ſi ſexta et dicit
iudeis · ecce rex veſter · illi aūt clamabant · tolle tolle crucifi-
ge eum · dixit eis pilatus regem veſtrum crucifigam · reſpon-
derūt pontifices · non habemus regem niſi ceſarē · Tunc ꝙ tra-
didit eis illū vt crucifigeret · hec narrauit iohannes ꝙ pilatum

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Consequens est iã vt ipsam dñi passionem gesta
secũdũ quatuor euangelistaz̃ testimonia videamus.
quã matheus sic incipit. Tunc milites presidis susci-
piẽtes iesum in pretoriũ. congregauerũt ad eũ vniuersam cohor-
tem et exuentes eum. clamidem coccineam circundederunt
eum. et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput
eius. et arundinem in dexteram eius et genu flexo ante eum
illudebant dicentes. aue rex iudeoz̃. hoc marcus in eodẽ loco
narrationis ita dicit. Milites aũt duxerunt eum intro in atri
um pretorii & conuocant totã cohortem. et induunt purpura.
& imponunt ei plectentes spineam coronam. & ceperunt
salutare eum. aue rex iudeoz̃. et percutiebant caput eius arundi
ne ⁊ conspuebãt eũ. ⁊ ponẽtes genua adorabant eum. Intelli
gitur itaq; qđ matheus ait. clamidẽ coccineam circundederũt
eũ. hoc marcum dixisse indutum purpura. p regia enim pur
pura clamis illa coccinea ab illudẽtibus adhibita erat. et est
rubra quedã purpura cocco simillima. potest etiã fieri vt pur-
puram etiã marcus cõmemorauerit quã clamis habebat. q̃m-
uis esset coccinea. Lucas hoc pretermisit. Iohannes autẽ añq̃m
diceret q̃ eum pilatus crucifigendum tradiderit cõmemora-
uit hoc dicens. tunc ꝯ apprehendit pilatus iesum. et flagella-
uit. et milites plectentes coronam de spinis imposuerũt ca-
piti eius et veste purpurea circundederũt eum. et veniebãt
ad eũ & dicebant. aue rex iudeoz̃ et dabãt ei alapas. Vnde
apparet matheum et marcum recapitulando istud cõmemo-
rasse. non q̃ tunc factum sit cum eum pilatus iam crucifigen-
dũ tradidisset. iohannes enim apud pilatũ dicit hec gesta. sa-
tis euidenter. vnde isti qđ preterierant recoluerunt. ad hoc p
tinet etiam quod consequenter dicit matheus. & expuẽtes
in eum acceperunt arundinem et percutiebant caput eius. &
postq̃m illuserunt ei exuerunt eum clamide et induerũt eum
vestimentis eius. et duxerunt eum vt crucifigerent. hoc q̃ ex-
uerunt clamide et induerunt eum vestimẽtis eius. in fine fa-
ctũ intelligitur. cum iam ducẽtur. Marcus hoc ita dicit. ⁊ p̃
q̃m illuserunt ei exuerunt illum purpura ⁊ induerunt eũ ve-
stimentis suis. Sequitur ꝯ matheꝰ. exeuntes aũt inuenerũt
hominem cireneum nomine simonem. hunc angariauerũt vt

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

tolleret crucem eius. Marcus quoq; educunt illum inquit vt
crucifigerent eum et angariauerunt pretereuntem simonem
cireneum venientem de uilla patrē allexandri et rufi vt tolle
ret crucem eius. Hoc lucas ita dicit et cum ducerent eum app̄
henderunt simonem quendā cirenensem venientem de uilla
et imposuerunt illi crucem portare post iesum Iohannes au-
tem sic narrat susceperunt aūt iesum et eduxerūt et baiolās
sibi crucem exiit in eum qui dicitur caluarie locum hebreice
golgatha vbi eum crucifixerunt Vnde intelligitur q; ipse sibi
portabat crucē cum exiret in locū memoratum simon aūt ille
in itinere angariatus est de quo tres cōmemorant cui postea
data est crux portanda usq; ad locum ita utrunq; factū inue-
nimus primo id qđ iohannes dixit deinde qđ ceteri tres


Sequitur itaq; matheus Et venerunt inquit in locū q̄
dicitur golgatha quod est caluarie locus de hoc loco
aptissime consentiunt deinde adiungit idem mathe-
us et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtū et cū gustas
set noluit bibere hoc marcus ita narrat et dabāt ei bibē mir
ratum vinum et non accepit. Hoc intelligendū est matheum
dixisse cum felle mixtum fel quippe pro amaritudine posuit
Mirratum enim vinum amarissimum est q̄mq̄m fieri possit
vt felle et mirra vinum amarissimū redderent. Q̄ ergo ait
marcus non accepit intelligitur nō accepit vt biberet gusta
uit aūt sicut matheus testis est vt qđ idē matheus ait noluit
bibē hoc marc9 dixerit nō accepit tacuerit aūt q; gustauerit

Sequitur ğ mathe9 Postq̄m aūt crucifixerūt eum diui
serunt vestimenta eius sortem mittentes et sedētes
seruabāt eum. Hoc idem marcus sic ꝛ crucifigentes
eum diuiserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis
quis quid tolleret. Hoc lucas sic ait diuidentes vero vestimē
ta eius miserunt sortem et stabat populus expectans breuit
a tribus dictū est. Iohannes autē distinctius hoc explicat quē
admodum gestum sit. Milites ğ inquit cum crucifixissent eū
acceperunt vestimenta eius et fecerunt quatuor partes vni-
cuiq; militi partem et tunicam erat aūt tunica in consutilis
desuper contexta per totum dixerūt ğ ad inuicē nō scindam9
eam ꝛ sortiamur de illa cuius sit vt scriptura impleret dicēs

partiti sunt vestimenta mea ibi⁹ ⁊ ⁊m vestem meā miserunt sortem.

Sequitur matheus & imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptā. Hic est ihs rex iudeoꝝ. Marcus aūt priusq̄m hoc dixisset. Erat autē ⁊mquit hora tercia & crucifixerunt eum⁹hoc enim subiungit cum de vestium diuisiōe dixisset. Que res diligentissime considerāda est⁹ ne magnum faciat errorem. Sunt enim qui arbitrentur⁹hora quidem tercia dn̄m crucifixum. A sexta aūt hora tenebras facta vsq; ad nonam⁹vt consummate intelligātur tres hore ex quo crucifixus est⁹vsq; ad tenebras factas. Et posset quidem hoc rectissime ⁊telligi⁹nisi iohānes diceret⁹hora quasi sexta pilatum sedisse pro tribunali ⁊m loco qui dicitur licostratus hebreice gabatha Sequitur enim⁹erat aūt parasceue pasce hora q̄si sexta⁹& dicit iudeis⁹ecce rex vester⁹illi aūt clamabant⁹ tolle tolle crucifige eū⁹dixit eis pilatus ⁹regem vestrum crucifigā⁹respondērunt pontifices⁹non habemꝰ regē nisi cesarē⁹tūc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Si igitur hora quasi sexta pilato sedente pro tribunali traditus est crucifigendꝰ iudeis⁹ quomodo hora tercia crucifixus est sic̄ verba marci non intelligentes quidā putauerunt⁹prius enim qua hora crucifigi potuerit videamus⁹deinde videbimus cur hora tercia crucifixū dixerit marcꝰ. Hora erat quasi sexta cum traditꝰ est crucifigendꝰ a pilato sedente vt dictum est pro tribunali ⁹non enim iam plena sexta erat ⁹sed quasi sexta⁹id est peracta quinta⁹ ⁊ aliquid etiā de sexta esse ceperat Nunqm̄ autē isti dicerent quinta & quadrans⁹aut quinta & triens ⁹aut quinta semis⁹aut aliq̄d huiusmodi⁹habent enim istum morem scriptura⁹ vt a parte totum ponant maxime ⁊m temporibus sicut de octo illis diebus pꝰ quos dicunt eū ascendisse ⁊ montē⁹ quoꝝ medios ⁊mtuens matheus & marcus dixerunt post dies sex⁹p̄ sertim quia tā moderate idē iohānes locutꝰ est⁹ vt nō dicēt sexta ſ3 q̄si sexta⁹q; si ita nō dicēt ſ3 tantūmō sexta dicēt possumꝰ nos ita ⁊telligē quēadmodū loqui scripture solent⁹sicut dixi a parte totum⁹vt peracta quinta & ⁊mchoata sexta gerentur⁹hec que narrata sunt ⁊m crucifixione domini nostri do nec completa sexta illo pendente fierent tenebre quibus tres

euangeliste attestantur matheus marcus & lucas. Queram9
iam osequen-r cur dixerit marcus cū commemorasset 9 cru-
cifigentes eum diuiserunt vestimenta eius mittentes sortes
super eis·quis quid tolleret·7 secutus adiunxerit. Erat autem
hora tercia & crucifixerunt eum·iam certe dixerat·7 crucifi-
gentes eum diuiserunt vestimenta ei9·sic etiā ceteri attestan-
tur 9 eo crucifixo vestimēta diuisa sunt·si eius rei geste tē-
p9 voluit commemorare marc9 sufficeret dicere. Erat autem
hora tercia·vt quid adiunxit & crucifixerunt eum·nisi quia
voluit aliquid recapitulando significare quod quesitum inue-
niretur·cum scriptura ipsa illis temporibus legeretur quib9
vniuerse ecclesie notū erat·qua hora domin9 ligno suspensus
sit·vnde possit huius vel error corrigi·uel mendacium refu-
tari·sed quia sciebat a militibus suspensum dominum non a
iudeis· sicut iohannes appertissime dicit. occulte ostendere uo-
luit eos magis crucifixisse·qui clamauerunt ut crucifigeretur·
q̄m illos qui ministerium principi suo secundū suum officiū
prebuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tercia·cum clamaue-
runt iudei ut dominus crucifigeretur·& ueraciissime demō-
stratur·tūc eos crucifixisse·quando clamauerūt maxime quia
nolebant uideri se hoc fecisse·7 propterea eum pilato tradi-
derunt 9 eorum uerba satis indicant secundum iohannem·
Cū ǧ dixisset eis pilatus quam accusationem affertis aduers9
hominem hunc? responderunt ei dixerunt & si non esset hic
malefactor nō tibi tradidissemus eū. Dixit ergo eis pilatus·ac
cipite eum vos & secundum legem uestram iudicate eum·
dixerunt ergo ei iudei· nobis non licet interficere quemq̄m·
quod ergo maxime uideri fecisse nolebāt·hoc eos hora tercia
fecisse marcus ostendit·ueriissime indicās magis fuisse dñi ne
catricē linguam iudeorum q̄m militum manus·quisquis au-
tem dixerit non fuisse terciam horam·cum hoc iudei primi-
tus clamauerunt·insaniissime se ostendit inimicum euangelii
nisi forte aliter potuerit eandem dissoluere questionem. non
enim habet unde conuincat non fuisse tunc horam terciam·7
ideo ueridico euangeliste potius credendū ē q̄m contencionis
suspicionibus hominum. Vnde inquit probas horam terciaz
non fuisse·respondeo quia credo euangelistis· quibus &



tu si credis ostende quemadmodū ⁊ hora sexta & hora tercia potuerat dñs crucifigi. ¶ De sexta enim vt fateamur narratiōe iohānis vrgemur · terciam marcus commemorat quidem · quibus si vterq; nostrum credit · oñde tu alit quēadmodū fieri vtrunq; potuerit · libētissime acq̄escaz · nō enī sniam meā · sz euāgelii diligo veritatē · atq; vtinā etiā plures ab aliis mueniant huius exitus questionis · qđ donec fiat · vtere mecū isto si placet · si enim nullus alius mueniri exitus potuerit solꝰ iste sufficiet · si aūt potuerit · cū demonstratus fuerit eligemus · tātum non putes consequens esse vt quilibet omnium quatuor euāgelistaꝝ mentitus sit · aut mtanto ⁊ tā sancto culmine auctoritatis errauerit. ¶ Si aūt quis dixerit mde se conuincere · nō fuisse horam terciā. ¶ Cum illud iudei clamauerunt · quia postea q̄m dixit idem marcus. ¶ Pilatus aūt itez rn̄dēs ait illis · quid ꝺ vultis faciam regi iudeoꝝ · at illi itez clamauerūt · crucifige eum · non mterponitur aliquid moraꝝ ab eodem marco m eiꝰ narratōe · ⁊ continuo ad id peruenitur vt traderet dñs ad crucē a pilato · qđ iohānes hora sexta quasi factum esse commemorat. Intelligat qui hoc dicit mlta pretermissa esse que ī medio gesta sūt · cū pilatus agēt querens quomodo eum a iudeis eriperet ⁊ aduersus eoꝝ msanissimā voluntatē quibuscunq; modis potuit mstātissime niteretur. ¶ Matheꝰ enim ait · dicit illis pilatus · quid igitur faciam ꝺ iesu q̄ dicitur cristus · dicūt oms crucifigatur. ¶ Tunc fuisse horam terciam dicimꝰ · quod autem matheus sequitur & narrat. ¶ Videns aūt pilatus quia nihil p ficeret · sed magis tumultus fieret · ⁊ m conatibꝰ pilati ad eripiendū dñm & m tumultu iudeoꝝ contranitentiū · sumptū tempus duaꝝ horaꝝ mtelligimus · & ceptā fuisse sextam qua nondum terminata gesta sūt que ab eo tempore quo pilatus dominum tradidit vsq; ad tenebras factas narrantur. ¶ Q aūt matheꝰ supra memorat · sedente aūt illo pro tribunali misit ad illū vxor eius dicens. ¶ Nihil tibi & iusto illi · multa enim passa sum hodie per visum propter eum · postea sederat p tribunali pilatus · sed mter illa que prius gesta narrabat · recordatꝰ matheus quod de pilati vxore dixit · voluit hoc ibi mterponere vt perstrueret qua maxime causa pilatus nec nouissime volebat eum tradē iudeis. ¶ Lucas aūt narrat · cum dixisset

pilatus emendatū ergo illū dimittam· exclamasse vniuersam
turbā·tolle hunc & dimitte nobis barraban·sed fortasse nō-
dum dixerant crucifige·/Itez aūt pilatus secundum eundem
lucam locutus est ad illos volens dimittere iesum·at illi suc-
clamabant dicentes·crucifige crucifige illum ·tunc intelligi-
tur fuisse hora tercia. Quod ꝙ sequitur lucas·ille aūt tercio di
xit ad illos ·qđ enī mali fecit iste·nll̄ā causā mortis inuenio
in eo·corripiam ergo illū & dimittam./At illi instabant vo-
cibus magnis postulātes vt crucifigeretur·& inualescebāt vo
ces eoz·satis etiaz ipse significat magnū tumultum fuisse ·&
post quantum moraz illis tercio dixerit ·quid enim mali fe
cit.licet intelligere qñtū indagāde veritati satis est·ꝛ postea
quod ait instabāt vocibus magnis postulantes vt crucifigēt
& inualescebant voces eorum· quis non videat ideo factum
quia videbāt pilatum eis nolle tradere dominum ·& qui hoc
magnope nolebat non vtiq; in momento temporis cessit·sed
vel due hore & aliquid amplius in illa cunctatione transie-
runt. Iohannem ꝙ interroga & vide quanta fuerit pilati illa
cunctatio & recusatio·tam fedi ministerii. /Idem nāq; multo
explicatius ea narrat q̄muis nec ipse vtiq; dicat omnia in qui
bus due hore·& de sexta aliquid pretfluxit·tamen cum flagel
lasset ihesum·& a milit bus veste illusoria iam multisq; illu
sionibus male tractare permisisset · credo vt hoc modo sal-
tim eoz furorē mittigasset. ne vsq; ad mortē seuire pertende-
rent. Exiit iterum pilatus foras ꝛ dicit eis. Ecce adduco eum
vobis foras vt cognoscatis·quia in eo nll̄am causam inuenio
Exiit ergo ihesus portans spineam coronam · & purpureum
vestimentum ꝛ dicit eis·ecce homo·vt illa velut ignominio-
sa specie visa placarentur·sed adiungit ꝛ dicit. Cum ergo vi
dissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes·cruci
fige crucifige·tunc horam terciam fuisse dicemus./Attende
que sequantur . Dicit eis pilatus ·accipite eum vos & cruci-
figite·ego enim non inuenio in eo causam ·responderunt ei
iudei ·nos legem habemus & secundum legem debet mori ·
quia filiū dei se fecit. Cum ꝙ audisset pilatus hunc sermonē
magis timuit·ꝛ ingressus est pretoriū itez ad iesum ꝛ dicit
vnde es tu. Iesus aūt responsum non dedit ei·dicit ei pilat⁹

III

mihi nō loq̄ris·nescis quia p̄tatē habeo crucifige te·⁊ potesta
tem habeo dimittere te·rn̄dit iesus·non haberes p̄tatem adu̇=
sum me vllā·nisi tibi esset datum desup·ꝓpterea qui tradidit
me tibi maius peccatum habet ¶Exinde pilatus querebat di
mittere eum .In hoc igit̄ ꝙ querebat pilatꝰ dimittere eum ·
quantum tpis putamus esse consumptum quāta pretermissa·
que vel a pilato dicebant̄ vel a iudeis contradicebantur quo
usq̄ dicerent iudei·vnde ille commoueret̄ & cedet. Ita enim
sequitur·iudei autē clamabant dicentes. Si hunc dimittis nō
es amicus cesaris·omnis qui se regem facit·contradicit cesa
ri. Pilatus ergo cum audisset hos sermones·adduxit foras ie=
sum·& sedit pro tribunali i loco qui dicitur lichostratos· he
braice aūt gabatha. Erat aūt parasceue pasce hora quasi sexta
Ab illa ergo voce iudeoꝝ qua primo dixerūt crucifige·cū es=
ꝛ hora tcia vsq̄ ad hoc ꝙ sedit ꝑ tribūali ꝑ medias horas cū
ctationis pilati ⁊ tumultuantiū iudeoꝝ due hore p̄teriant &
peracta quinta iam de sexta aliquid ceperat. Dicit ergo iude=
is·ecce rex vester· illi autē clamabāt tolle tolle crucifige eū ·
Sed neq̄ iam commotus pilatus timore calumnie facile cede
bat. Tunc enim vxor eius ad eum miserat sedentē pro tribu
nali·qđ preoccupauit matheus· q̇ hoc solum commemorauit
anteq̄m ad eum locum narratiōis veniret·vt ibi hoc poneret
vbi oportunum iudicauit. Temptās itaq̄ aduc pilatus·ne q̇d
proficeret·dixit eis·regem vestrū crucifigā? responderunt pō=
tifices. Non habemꝰ regem nisi cesarem . Tūc ꝑ tradidit eis
illum·vt crucifigeretur·& dū pergit & dū crucifigeretur cū
duobus latronibꝰ·dū vestes eius diuiduntur·& in sortem il=
la tunica mittitur ·atq̄ inter hec variis conuictis illuditur si=
mul enim cum illa gerēntur·etiam conuicia iaciabantur·com
pleta est & hora sexta·& facte sunt tenebre quas matheus ⁊
marcus & lucas commemorant. Iam itaq̄ corruat impia per
tinatia·& credat dominum nostrum ihesum christum ⁊ ter
cia hora crucifixum·lingua iudeorum·& sexta manibus mili
tum·quia in tumultu iudeorum ⁊ pilati estibus·due atq̄ am
plius hore preterierunt·a voce qua dixerunt crucifige. Sed ip
se marcꝰ qui maxime breuitatis sectator est ·breuiter voluit
intimare pilati voluntatem ⁊ conatum ꝑ domini vita ¶Cum

enim dixisset·qđ enim malefecit ·at illi magis clamabant cru
cifige eum. Vbi oñdit ꝙ iam clamauerant cum sibi vellēt di
mitti barraban adiunxit·pilatꝰ vero dicebat eis. Quid enim
malefecit· hoc mō breuiter insinuauit qđ diu gestum est·me
mor tñ etiā ipe qđ velit intelligi · non ait pilatus vero dixit
eis ·ꝫ ait pilatus vero dicebat eis . Quid enim malefecit·qa
si diceret dixit·quasi semel dictū intelligeremus ·quia vero di
cebat eis·satis intimauit intelligentibus multis modis & se
pe dctm eis esse qˀusqꝫ incipet hora sexta. Cogitemꝰ ꝝ qm̄ bre
uiter hoc dixerit marcus in compacōe mathei· qm̄ breuit ma
theus in compacōe luce·qm̄ breuit lucas in compacōe iohānis
Cum aūt alia atꝫ alia qˀsqꝫ memoraret ·qm̄ diu neqꝫ breuiter
ipse iohānes in compacōe reꝝ q̄ geste sunt & morarū cū il ·
la gerent· ꝛ sine insania resistendi·credamus duas horas equi
dē illo interuallo tñsire potuisse. Quisquis aūt dixerit potuisse
marcum si ita esset eo tpe dicē fuisse horam terciā · quo erat
hora tercia·cum vox iudeoꝝ ꝝ crucifigendo dño sonuisset·dice
re etiaꝫ ꝙ eū tunc crucifixerint·nimis superbe leges narrato
ribus veritatis imponit·sic enī pt dicē·si hoc ipse narraret eo
mō eodemqꝫ ordine ab oībus debuisse narrari quo ipse narra
uit. Dignet ꝝ consiliū marci euāgeliste supari ꝺ filiū suū ·qui
eo loco id ponendum iudicauit ·quo loco diuina inspiratione
suggestū est·recordationis enī eoꝝ eius manu gubernate sunt
qˀ gubernat omnia sic scriptum est·qualit illi placuerit·flui ·
tat enim humana memoria per varias cogitacōes·nec incuiꝰ
qm̄ ptate est·qđ ꝛ qñ ei veniat in mentem. Cum ꝝ illi sancti
& veraces viri q̄si fortuita recordationū suaꝝ·propter narra
cōis ordinē occulte dei ptati cui nihil fortuitū est ꝺmisissent ·
nō oportet q̄mqm̄ hoim dicere longe abiectū ab oculis dei·ꝛ
lōge peregrnātē hoc loco poni debuit qđ valde ignorat·cur eo
loco deus poni voluerit·quia ꝛ si obuelatum est euāgeliū no
strū ait apostolus ·in his qui pereūt obuelatū est. Et cū dixis
set aliis quidē sumꝰ odor vite i vitā·aliis odor mortis i mor
tē ·subiecit statim· ꝛ ad hec qˀs tā idoneꝰ·id ē qˀs idoneꝰ·intel
ligē qm̄ iuste fiat qđ idē dñs dicit. Ego veni vt qui non vi
dent videant & qui vident cęci fiant . Ipsa est enim altitudo
diuitiarum scientie & sapiencie dei· qua fit ex eadem massa

III

aliud vas ín honorem·aliud ín contumeliam·⁊ dicetur carni ⁊ ſanguini ·o homo tu quis es qui reſpondeas deo. Quis ergo & ín hac re cognoſcit íntellectum domini·aut quis conſiliari us illius fuit·vbi ſic gubernauit corda remíſcentiū euāgeli= ſtaꝝ & ī eccleſie faſtigio tanto auctoritatis culmine ſublima uit·vt per hec ipa q̄ ín eis otraria videri poſſunt multi exce= carentur digne traditi ín concupiſcentias cordis ſui & repro bum ſenſum·& multi exercerent ad elimādū piū íntelectum ſcm occultā omnipotētis iuſticiā. Dicit enī propheta domi no·nimis profunde facte ſunt cogitationes tue·vir imprudēs non cognoſcit·⁊ ſtultus nō íntelliget hec. Peto aūt ⁊ admo= neo eos q̄ hec legūt p nos adiuuāte dño elaborata·vt huiꝰ ſer= monis quē hoc loco ínterponendū arbitratus ſum ·ím omni ſi mili queſtionū difficultate meminerint ·ne ſepiꝰ eadē repe= tenda ſint ·facile aūt vi ebit qui ſine impietatis duricia volu erit attendere qm̄ oportuno loco marcus hoc de tercia hora poſuerit·vt quiſquis ibi recordetur·qua hora iudei crucifixe= rint dñm·qui volebant ím romanos vel principes vel milites tranſferre ipſum facinus·vbi fc̄m míniſtroꝝ militum com memoratum eſt·ait enim·⁊ crucifigentes eum·diuiſerunt ve ſtimenta eiꝰ mittentes ſortes ſup eis·quis quid tolleret·qui hoc niſi milites ſicut iohannes manifeſtat ·ergo ne quiſqm̄ co gitationem tanti criminis auerſus a iudeis ím milites illos conuerteret ·Erat aūt ínquit hora tercia·⁊ crucifixerunt eum· vt illi eū potiꝰ crucifixe ínueniantur·quos hora tercia·vt cru cifigeretur clamare potuiſſe dili gēs ínquiſitor ínueniet ¶Cum aduerteret hoc qđ a militibus fc̄m eſt ·hora ſexta fc̄m eſſe· qm̄qm̄ nō deſint qui paſceue ·quā iohānes ómemorauit dicēs· erat aūt paſceue paſche hora fere ſexta·horā diei terciā velint ínteligi·qua ſedit pilatus p tribunali·vt eadem tercia com= pleta videatur qm̄ crucifixus eſt ·atq illo iam pendente ím li= gno·alie tres hore pacte ſint ·& reddiderit ſpiritum·vt ab ea hora qua defunctus eſt · id eſt diei ſexta tenebre fierent vſq ad nonā. Dicūt enī·die quidem illo quem dies ſabati ſequeba tur fuiſſe paſceuen paſce iudeoꝝ·q . ꝛ eodem ſabbato iā ínci pēt azima·ſ3 tn̄ veꝝ paſca qđ iam ī paſſione dñi paſceue gere batur ·nō iudeoꝝ·ſ3 xp̄ianoꝝ cepiſſe preparare·id eſt paſceuē

habere ab hora noctis nona ím eo q̄ dn̄s a iudeis occidendus
p̄parabatur pasceue quippe ím terpretatur preparatio. Ab illa
ḡ nona hora noctis vsq; ad eius crucifixionem· occurrit hora
pasceues sexta sc̄dm iohānem· ⁊ hora diei tercia sc̄dm marcū·
vt nō marcꝰ horā illā recordatam recapitulādo ōmemoraue-
rit·qua clamauerūt iudei crucifige ·sed eam prorsus horam
terciam dixerit qua dominꝰ est fixus ī ligno·quis fidelis non
huic faueat solucōi questionis·si mō possit aliquis articulꝰ cō
ici ab hora nona noctis·vnde cepisse parasceuen pasce nostri·
id est p̄parationē mortis christi congruenter ímtelligamus·
si enim dicamꝰ eam cepisse q̄n a iudeis dn̄s apprehensus est·
adhuc noctis prime partes erāt·si q̄n ad domū per ductus est so
cri caiphe·vbi ⁊ auditus est a principibus sacerdotū·adhuc gal
lus nō cantauerat q̄d ex petri negatione colligimꝰ ·que cum
iam audiret facta est·si aūt q̄n pilato traditꝰ est iā mane fu-
isse apptissime scriptum est. Restat ḡ vt ímtelligatur tunc ce-
pisse ista pasceuen pasce·id est preparationem mortis dn̄i·q̄n
rn̄derunt omnes principes sacerdotum apud quos primū au
diebatur· & dixerūt reus ē mortis·q̄d apud matheū ⁊ marcū
ímuenitur·vt recapitulādo ímtelligātur de petri negatione po-
stea dixisse q̄d antea factum erat·non enim absurde conicitur
eo tempore ·q̄n vt dixi reū mortis p̄nunciauerit nonam horā
noctis esse potuisse·ex qua hora vsq; ad horā qua sedit pilatꝰ
pro tribunali ·qua sexta hora fuit nō diei sed pasceues id est
ímolationis domini·q̄d vez̄ pasca est·vt plena sexta esset eiꝰ
dem pasceues que plena diei tercia occurrebat·vt dominꝰ su
spendet̄ur ín ligno·siue ergo hoc potius ímtelligendum eliga-
tur · siue marcus terciam horam recoluerit eam que maxime
ad condemnationem iudeorum in domini crucifixione com-
memorare voluerit· qua intelligūtur clamare potuisse·vt cru
cifigeretur·vt ipsos potiꝰ crucifixisse acceperimꝰ·quā eos quo
rum manibus suspensus in ligno est · sicut ille centurio ma-
gis accessit ad dominum quam illi amici quos misit · Procul
dubio questio soluta est de hora domínice passionis que ma-
xime solet & contencioſorum concitare ímprudentiam · &
ínfirmorum ímpericiam perturbare ¶ Sequitur matheus
& dicit · Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones vnus

III.

a dextris·& vnꝰ a sinistris. Et marcus similiter & lucas·nec iohānes aliquā facit q̄stiōez qm̄uis latrōes eos nō dixerit·ait enim & cum eo alios duos hinc ⁊ hinc·mediū aūt ihesū·esset aūt contrarium·si cum illi dixissent latrones·iste dicēt innocentes.

Sequitur matheus ⁊ dicit. Pretereuntes aūt blasphemabant eum mouentes capita sua ⁊ dicentes. Vah qui destruit tēplū·⁊ in triduo illō reedificat·salua temetipm·si filiꝰ dei es descēde de cruce. Huic marcꝰ pene ad eadem verba cōsonat. Sequitur deinde matheꝰ ⁊ dicit. Similiter ⁊ pncipes sacerdotū illudentes cum scribis & seniorib⁹ dicebant·alios saluos fecit·seipm nō pt̄ saluū facē·si rex isrl̄ est descendat nunc de cruce ⁊ credimꝰ ei. Confidit in deo liber nūc eum si vult·dixit enim·qa dei filius sum. Marcꝰ & lucas q̄muis alia verba dicāt·ad eādem tn̄ sentētiam ocinūt cū alius pret̄mittit·qō alius commemorat. De principibꝰ enī sacerdotū·q̄ insultauerint dño crucifixo parit̄ non tacent·q̄muis seniores tacuit marcus. Lucas aūt quia pncipes dixit·nec addidit sacerdotū·magis nomine generali oēs primates cōplexus est·vt ibi possint intelligi & scribe ⁊ seniores

Sequitur matheus et dicit. Idipm aūt ⁊ latrones qui crucifixi erant cum eo improperabāt ei. Nec marcꝰ discrepat hoc idē dicens aliis verbis. Lucas aūt potest putari repugnare ·nisi gn̄s locutionis satis vsitatum non obliuiscamur·ait enī lucas·vnus aūt de his qui pendebāt latronibus blasphemabat eū dicens. Si tu es xp̄s saluum fac temet ipsum ⁊ nos. Et sequitur idē ipse. atq̄ ita dixit. Respōdens aūt alt̄ increpabat illum dicēs. Neq̄ tu times deum q̄ in eadē damnatiōe es·& nos quidē iuste·nā digna factis recepimꝰ·hic vero nihil mali gessit·& dicebat ad iesum. Domine memēto mei cū veneris in regnū tuū·⁊ dixit illi ihesus. Amē dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Quomodo ergo sicut matheꝰ dicit·latrones qui crucifixi erant cū eo improperabāt ei·vel sicut marcꝰ dicit·& qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei· qn̄ quidem vnꝰ eoꝝ conuiciatus est secundum luce testimonium·& alter speuit eum·& in dn̄m credidit· nisi intelligamꝰ matheum & marcum breuiter p̄stringentes

hunc locum·pluralē numez̄ pro ſingulari poſuiſſe·ſicut i epiſtola ad hebreos legimus pluraliter dictum clauſerunt ora leonū·cum ſolus daniel ſignificari intelligatur·⁊ pluraliter dictum ſecti ſunt·cū ꝺ ſolo iſaia tradit̄ in pſalmo etiā ꝙ dc̄m eſt·aſtiterunt reges terre ⁊ pn̄cipes conuenerūt in vnū·plurale numez̄ p ſingulari poſitum·in actibꝰ apoſtolorz̄ exponitur ·nam reges ꝓpter herodē·pn̄cipes ꝓpter pilatū intellexerunt. q̄ teſtimoniū eiuſdē pſalmi ad hibuerunt. Sed q̄a & pagani ſolent calumniari euangelio videāt quemadmodū locuti ſunt auctores eorz̄ fedras medeas ·⁊ clitemeſtras cum ſingule fuerint. Quid aūt vſitatius verbi ḡtia·q̄m vt dicat aliq̄s·⁊ ruſtici mihi inſultant · etiā ſi vnꝰ inſultet·tunc enī eſſet otrariū ꝙ lucas de vno manifeſtauit · ſi illi dixiſſent ambos latrones conuiciatos dño·ita enī nō poſſet ſub numero plurali vnꝰ intelligi ·cū vero dc̄m eſt latrones·vl̄ q̄ cum eo crucifixi erāt· nec additū eſt ambo·nō ſolū ſi ambo feciſſent poſſet hoc dici· ſed etiā quia vnꝰ hoc fecit·potuit vſitato locutiōis modo·per pluralem numez̄ ſignificari .

Sequitur aūt matheus & dicit. A ſexta aūt hora tenebre fcte ſūt ſup vniūſā t̄rā vſq̄ ad horā nonā. hoc ⁊ duo alii oteſtātur. Addidit autem lucas etiā vnde fa te ſunt tenebre·id ē ſolē obſcuratū ¶ Sequitur matheus. Et circa horā nonam clamauit ih̄s voce magna dicēs ·heli heli lamazabathani · hoc eſt·deꝰ meus·deꝰ meus·vt quid dereliqui ſti me . Quidā aūt illic ſtantes ⁊ audiētes dicebāt·heliā vocat iſte . Marcus pene eadem verba ad eandem ſententiam tamē non pene ſed omnino conſentit ¶ Sequitur matheus. Et continuo currens vnus ex eis ·acceptam ſpongiam impleuit aceto & impoſuit harundini ·& dabat ei bere. Sic & marcus dicit . Currens autem vnus & implens ſpongiam acceto·circunponensq̄ calamo potū dabit ei dicens . Sinite videamus ſi veniat helias addeponēdum eum . Q̄ quidem de helia non ipſum qui obtulit ſpōgiā cū acceto ·ſz ceteros dixiſſe matheus narrauit ·ait enī·ceteri vero dicebāt. Sine uideamꝰ an ueniat helias liberans eum . Vnde intelligimus & illum & ceteros hoc dixiſſe ¶ Lucas autem anteqm̄ de latronis in ſultatione narraret hoc de aceto ita cōmemorauit · Illudebāt autem ei &

milites accedentes & accetum offerentes illi dicentes · si tu
es rex iudeoꝝ saluum te fac·semel complecti voluit qđ a mi
litibus factum et dictum est vbi mouere non debet ꝙ nō vn
um eoꝝ dixit accetum obtulisse·genus enim locutionis tenu
it de quo supra tractauimꝰ pluralem ꝓ singulari ponēs .Hoc
aūt de acceto etiā iohannes cōmemorauit·vbi ait· postea sci=
ens iesus quia iam omnia consummata sunt vt cōsummare=
tur scriptura dixit·sitio·vas autē positum erat acceto plenum
illi aūt spongiam plenam acceto isopo circunponentes obtu
lerunt ori eius·sed quod apud eundem iohannē ꝛnuenitur di=
xisse sitio·& quia vas ibi erat acceto plenum nō mirum est si
ceteri tacuerunt

Sequitur matheus·iesus aūt iterū clamās voce mag
na emisit spiritum .Marcus similiter·iesus aūt emis
sa voce magna expirauit .Lucas autē quid ipse vo=
ce magna dixerit declarauit· dixit enim·et clamās voce mag
na iesus ait· pater ꝛn manus tuas commendo spiritū meū·et
hec dicens expirauit .Iohannes vero sicut tacuit illaꝫ vocē ꝑ=
mam heli heli·quā matheus et marcus retulerunt ·tacuit eti
am istā quā lucas solus ꝛndicault .Illi aūt duo nomine vocis
magne significauerūt idem·pater ꝛn manus tuas cōmendo spi
ritum meū. quod eum voce magna dixisse et ipse lucas simi=
liter atteſtatus est·ut intelligeremus hanc fuisse vocē magnā
quā matheus & marcus cōmemorauerūt. Sed dixit iohannes
qđ nullus illoꝝ trium ait eum dixisse·cōsummatū est·cū acce
tum accepisset·quod eum ante ipsam vocē magnam dixisse ꝛn
telligimus·hec sūt enim verba iohannis. Cum ꝙ accepisset ie=
sus acetum dixit·consummatū est·et ꝛnclinato capite tradidit
spiritum. Inter illud quod ait cōsummatum ē. ⁊ int illud qđ
ait ⁊ ꝛnclinato capite tradidit spiritū·emissa est illa voꝝ ma=
gna quā tacuit iste·ceteri aūt tres cōmemorauerūt .Hoc enim
apparet esse ordinis vt ante diceret consummatū est cum per
fectum ꝛn illo esset quod de illo prophetatum erat·et tanq̄m
ad hoc expectaret qui vtiq; cum vellet moriretur· deinde cō=
mendans tradidit spiritum Sed quouis ordine quilibet arbi
tretur dici potuisse·hoc magnope cauendum est ne videatur
quisq̄m euangelistaꝝ alteri repugnare vel si tacuit quod aliꝰ

dixit·vel dixit quod alius tacuit·

Sequitur matheus dicit·Et ecce velū templi sciſſum eſt ín duas partes a ſummo vſq; deorſum·Et marcꝰ ſic·ꝛ velum templi ſciſſum eſt in duo a ſummo vſq; deorſum. Lucas aūt ſimiliter hoc ait·et velum templi ſciſſum eſt medium·ſed non eodem ordine·volens enim miraculum miraculo adiungere·cum dixiſſet ſol obſcuratus eſt·continuo ſubiungendum exiſtimauit·et velum templi ſciſſum eſt medium· p̄occ pās videlicet q; expirante domine factum eſt vt deinde recapitulās exequeretur et de potu acceti et ō illa uoce magna et de ipſa morte que ante ſciſſionem ueli poſt tenebr acta intelligntur. Matheus enī q' cum dixiſſet ieſus autē iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum·continuo ſubiecit·et ecce velum templi ſciſſum eſt·ſatis expreſſit tunc eſſe ſciſſum cum ieſus emiſit ſpiritum Si autē non addidiſſet et ecce ſed ſimpliciter dixiſſet·et uelū templi ſciſſum ē· incertu ſz utrū ipſe ꝛ marcus hoc recapitulādo cōmemoraſſent Lucas aūt ordinem tenuiſſet·an lucas recapitulaſſet quod illi ordine poſuiſſent

Sequitur matheus ita dicēs. Et terra mota eſt·et petre ſciſſe ſunt·et monumenta apperta ſunt·et multa corpora ſanctoꝝ qui dormierūt ſurrexerūt·et exeūtes de monumētis poſt reſurrectionem eius venerunt ín ſanctā ciuitatem et apparuerunt multis·hec que ſolus dixit non eſt metuendum nec cuiq̄m ceteroꝝ repugnare videantur Seq' tur idem ipſe·centurio aūt et qui cum eo erant cuſtodientes ieſum viſo terremotu et his que fiebant timuerūt valde dicentes·vere filius dei erat iſte. Marcus ſic vidēs aūt centurio qui ex aduerſo ſtabat quia ſic clamās expiraſſet ait·vere homo hic filius dei erat·Lucas ſic·videns aūt centurio quod factum fuerat glorificauit deum dicens·vere homo hic iuſtꝰ erat Non eſt contrariū qō matheus viſo terremotu dicit admiratum cēturionem et eos qui cum illo erant·cum lucas dicat hoc eum admiratum q; emiſſa illa voce expiraſſet·oſtendens q̄m ín poteſtate habuerit quando moreretur·in eo quippe qō idem matheꝰ nō ſolum dixit viſo terremotu·ſed etiā addidit et his que facta erant·íntegrum locum fuiſſe demonſtrauit

luce vt diceret centurionem ipsam dñi mortem fuisse mi
ratū · quia et hec ínter illa est que tūc mirabiliter facta erāt
q̄mq̄m & si matheus illud non addidisset íntelligendū erat
cum multa miranda facta fuerint· & omnia centurio et qui
cū eo erāt mirari potuerint ·liberū fuisse narranti bꝰ q̄d quis
q illū miratū cōmemorare voluisset· nec eos sibi repugnare
cū alius illō alius illō diceret q̄ fuisse miratū oia fuerat ille
miratus ·qō aūt alius ait cēturionem dixisse ·vere filius dei
erat iste·alius aūt vere homo hic filius dei erat·non mouebit
eum cui non exciderūt tā multa supius similiter dicta ⁊ expo
sita·ad unam quippe sententiā vtraq̄ verba concurrunt ·neq̄
q alius tacuit homo·alius dixit·vllo modo contrariū ⁊ ma=
gis quod lucas non ait centurionem dixisse·filius dei erat sed
iustus erat· potest putari diuersum·sed vel vtrumq̄ dictū a
centurione íntelligere debemus·⁊ aliud illos aliud istū com
memorasse·vel fortasse lucam exprimere voluisse sententiam
centurionis quomō dixerit iesum filiū dei ·forte enim nō en
vnigenitum equalem patri centurio íntellexerat·sed ideo fili
um dei dixerat quia iustum crediderat sicut multi iusti dic=
ti sunt filii dei· Q autē etiā ipse lucas dixit·videns aūt cen
turio quod factum erat·ín eo genere íncluſit omnia que ín il=
la hora mirabiliter facta erant tanq̄m vnum mirabile factum
cōmemorans·cuius quasi membra & partes erant omnia illa
miracula·Iam vero quod matheus addidit eos qui cū centuri
one erant·alii aūt hoc tacuerunt cui non appareat ex notissi=
ma regula non esse contrarium·cum alius dicit quod alius ta
cet· Et quod matheus dixit·timuerūt valde·lucas aūt non dix
it timuit·sed glorificauit deum·quis non eū íntelligat timen
do glorificasse

Sequitur matheꝰ et dicit· Erant aūt ibi mulieres mul
te a longe que secute erant iesum a galilea·ministrā
tes ei·ínter quas erat maria magdalene et maria ia=
cobi ⁊ ioseph mater ⁊ mater filiorꝫ zebedei. Marcus sic. Erāt
aūt et mulieres de longe aspicientes ínter quas erat et maria
magdalene et maria iacobi minoris et ioseph mater et salo=
me·et cum esset ín galilea sequebantur eum et ministrabant
ei alie multe que simul cum eo ascenderāt ierosolimam·Inter

hos nihil video quod contrarium possit putari· quid enim in teresť ad ueritatem q̄ quasdam mulieres pariter quasdā sin guli nominauerūt. Lucas quoq; ita narrationem cōtexit ⁊ om nis turba eor̄ qui simul aderant ad spectaculum istud ⁊ vide bant que fiebant percutientes pectora sua reuertebantur· sta bant autem omnes noti eius a longe et mulieres que secute erāt eum a galilea hec videntes· vnde superioribus duob9 de mulierum p̄sentia satis consentit q̄muis nullam ea⁹ nomi natim exprimat· de turba etiā que simul aderat et videtes q̄ fiebant tundentes pectora sua et reuertebant̄· consentit mat theo q̄muis seorsum annexuerit· centurio aūt et qui cum eo erant· quapropter tātummō de notis eius q̄ stabant a longe fol9 inuenitur dixisse. Nam et iohannes cōmemorauit de pre sentia femina⁹ añq̄m dominus emisisset spiritū ita narrans Stabat aūt iuxta crucem iesu mater ei9 et soror matris eius maria cleophe et maria magdalene. Cū vidisset ḡ iesus ma trem et discipulū quē diligebat dicit matri sue· mulier ecce filius tuus· deinde dicit discipulo ecce mater tua· ⁊ ex illa ho ra accepit eam discipulus in sua Qua in re· nisi appertissime matheus quoq; & lucas mariam magdalenam nominassent potuissemus dicere alias a longe alias iuxta crucem fuisse· nul lus enim eor̄ preter iohannem matrem domini cōmemora uit. Nūc ḡ quomō intelligitur eadem maria magdalene· et a longe stetisse cum aliis mulieribus sicut matheus et lucas di cunt· et iuxta crucem fuisse· sicut iohannes dicit· nisi quia alii tanto interuallo erant vt et iuxta dici possent quia in conspe ctu eius presto aderant· et alonge in comparatione turbe pro pinquius circumstantis cum centurione ⁊ militib9 Possum9 etiā intelligere q̄ ille q̄ simul aderant cum matre domini p9 q̄m eam discipulo cōmendauit abire iam ceperant· vt a densi tate turbe se exuerent· et cetera que facta sunt longius intue rentur· vt ceteri euangeliste qui post mortem domini eas cō memorauerunt iam longe stantes cōmemorarent.

Sequitur matheus dicens. Cum autē sero factum esset venit quida⁹ dives ab aramathia nomine ioseph· qui et ipse discipulus erat iesu· hic accessit ad pilatum ⁊ petiit corpus iesu· tunc pilatus iussit reddi corpus· Marcus sic

III

